Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

~~XIV~~ a 66 mf

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

KW

HENRICI NEUHUSII

Jcti FRISIJ,

Penſionarii Worcumenſis,

376 J2

EXTEMPORANEA

POËMATA.



Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

LEOVARDIÆ,

Excudebat GYSBERTUS SIBRANDUS,

ANNO M. DC. LVI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

DIOGENES.

QUÆRO Hominem, medios Homines, Homo deficit, inter;
Hinc *Laterna* die lumina fert medio.

DEMOCRITUS.

STULTORUM ridere putas? Ego rideo Stultos
Democritus. Stultis Mundus ubique ſcatet.

HERACLITUS.

QUÆRIS cur lacrymis vultum *Heraclitus* inundem?
Scilicet hoc mundi triſtis imago jubet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Illuſtriſsimo Generoſiſsimo Domino

WILHELMO FRIDERICO,

S.R.I. Principi. Comiti in Naſſou &c. Gubernatori Friſiæ cis & uls Lavicam, Capitaneo Generali &c.

Nobiliſsimis, Ampliſsimis ad Doctiſsimis

Illuſtrium Friſiæ Ordinum

DEPVTATIS

D. DOMINICO ab AYLVA Prætori in *Leuwarderadeel.*

D. CAROLO à ROORDA Prætori in *Idäerderadeel.*

D. OENESIMO à GROUSTINS Prætori in *Hinnaerderadeel.*

D. EELCONI à GLINSTRA.

D. THEODORO à BAARD Prætori in *Stellingwerff weſteynde* & Curatori Academiæ.

D. SUFFRIDO ab OSINGA Prætori in *Donjewerſtal.*

D. ALLARDO à BOURUM Conſuli *Leowardiano.*

D. CORNELIO HAUBOIS Conſuli Snecano.

D. SUFFRIDO POTTER Conſuli Doccumano.

Ampliſsimo, Spectatiſsimo, Doctiſsimoque Domino

D. ASSUERO à VIERSSEN Secretario.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

EXtemporanea mea, *Illuſtriſsime Princeps*, *Nobiliſſ. Ampliſſ. Patriæ Patres*, veſtris inſcribo nominibus, tùm, ut reverentiam vobis literarum Mœcenatibus exhibeam; tùm quià vel Vos ipſi, vel Amicorum veſtrorum Mortes aut Connubia, potiſſimam hiſce meis Lacrymis & Luſibus materiam dederunt. Scio equidèm, quod hîc extra Forum meum litigem. Academiis & Scholis hoc negotium incumbit: Quæ proximiorem, in otio, cum Muſis familiaritatem colunt. Probare ſaltèm volui, me non in totum Degenerem Paterni Spiritus Hæredem. Cui ſi reddere paria non poſſim; ſaltèm amare liceat ſacrum illud, & dulce Muſarum ſodalitium. in quo, ſi aliundè Curæ & Labores, animam meam interdùm reficio. cæterùm *Illuſtriſſime Princeps*, *Magnifici Nobiliſſimi Domini*, Muſas meas favori veſtro ſubmitto; eaſque à venenatis calumniantium morſibus defendi rogo. Deumque precor, ut *Te Illuſtriſſ. Prin-*

ceps:

ceps: *Vos Patriæ Patres*, in Eccleſiæ & Reipubl. bonum, diù ſoſpites conſervet, & à contagioſis graſſantis hodiè Peſtilentiæ telis incolumes tueatur.

Tuæ Illuſt. & veſtræ Amplit:
Devotiſſimus cliens
HENRICUS NEUHUSIUS.

IMperii Princeps *Sacri*, *Friſioſque gubernans*
Salve Naſſoviæ Duxque Comeſque Domus:
Friſiaci ſalvete Fori pia Lumina Patres,
Quos vehit antiquæ Nobilitatis apex.
Seria Neuhuſius *quæ donat mixta jocoſis*
Carmina, de veſtrâ lumina luce petunt.
Invidiæ contra dentes, *morſuſque malignos*,
Neuhuſium *tuto ſuſcipite hoſpitio.*
Et Patriæ proprioque bono ſic vivite longùm,
Dum vitæ ſaturos Vos vocet aura Poli.

AD
Momum Menippum & Zoilum
Fratres Germanos.
IAMBVS PVRVS

MEúmne, *Mome*, lividis
Metrum maligne dentibus,
Petis, feriſque *Jambicum*?
Styli ſolentis orbitam
Minace ſibilo excipis,
Dicamque pangis improbam,
Nigrumque theta ſingulis
Inuris inde paginis?

Gravi timende dexterâ
Et ore *Mome* parcito.
Miſerrimo *Nijhuſio*:
Sed interim vaferrimo,
Et interim faberrimo,
Favente corde quì te amat,
Honorat atque ſuſpicit,
Colorat atque reſpicit,
Patrocinatur undique,
Decus tuumque prædicat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Truci tremende fuſcinâ
Menippe, qnæſo, parcito
Nec alter Æacus caput
Stijgi Innocentis adijce.
Metríne me eſſe neſcium
Putas miſelle *Zoile*?
Blatis proterve *Zoile*?
Superſede laboribus,
Superſede furoribus,
Molaribuſque parcito.

Sciens volensq́ue Sphalmata,
(:Probes & eſſe Sphalmata,
Stupeſne & hæſitas) dedi.
Nec hæc dediſſe pœnitet.
Sed hæc dediſſe glorior.

Sed inquies: Apollo quis,
Minerva quæ ſuâ ægide,
Neæce te tuebitur?

Thalia me tuebitur
Patrum, hactenus Palæmonis
Maligniore nullius
Inuſta; tacta fulmine.

Vin', heus, metrum licentiùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Gradu means jambicum?
Dedit; dabit *Nyhuſius*
Metri meraci arenulas.
Vin' aureas, argenteas?
Dat & dabit *Nyhuſius*.

Ferina tela præparas,
Vocabuliſque proprius
Cruenta bella concitas?
Quid hæc cluent, niſi omnia
Caprina lana, ſomnia?
Licentiam, puto, mihi
Parem eſſe quæ tibi data,
Prioribusq́ue ſeculis,
Sequentibusq́ue ſeculis,
Menippe, *Mome Zoile*.

Sales Iocoſque lancinas
Eisq́ue dentium induis
Menippe nomen? ô bone!
Procul recedis à ſcopo,
Meâq́ue mente. Sunt bonis
Joci ſalesq́ue, ſed malis
Venena, tela, lanceæ,
Araneiq́ue Spicula.
Apem hiccè, Lector, indue,

Ara-

Araneum ſed exue.

Typographine nævulos
Et hinc & inde *pauculos*
Et Alpha, Beta, Gammaque
Loco indecente & ordine
Notas locata perperam
Negotioſus arbiter?

Cachinno te *Nyhuſius*
Rudem cachinno inaugurat.
Cui cor eſt ſitum probè,
Probè valetque ſiȷnciput,
Is ipſe ritè corriget.

Ommitto multa. Plura vis?
Habeto plura pauculis:
Brevi favente tempore;
Manu volante dexterâ
Dedit Thalìa carmina,
Et *ex* (putato) *tempore,*
Repentè *fudit omnia.*

Menippe Mome Zoile,
Amiculi integerrimi,
Amiculi faberrimi,
Amiculi vaferrimi,

Avete

Avete plurimùm mihi:
Valete plurimùm mihi.
Amiculum & vaferrimum,
Amiculum & faberrimum &
Amiculum integerrimum,
(Meretur hoc) *Nyhuſium*
Bono videte lumine,
Sacro lavate flumine,
Et ex favore parcite,
Et ex amore tollite.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Poëmata Extemporanea,

D. HENRICI NEUHUSII,

Penſionarii Worcumenſis.

FACUNDE vates, ſæculi decus noſtri,
Caballinique potor inſolens fontis,
Suadæ medulla, corculum venuſtatis,
Inuſitate effaſcinator animorum,
QVos ipſa dulci nectare imbuit Pallas,
Romæque municeps, olor Poëtarum,
Faber leporum, Temporis tui vindex,
Major noverca ſorte, vel truci caſu,
Cui vetuſtam noſtra debet orcheſtram,
Beata, tanto vate, ſera tempeſtas.
Quo Te, Poëta, traxit ardor excellens,
Tuæ Camænæ? Quæ Thalia, quis Phœbus,
Ut haſce ſua ſit publico dares Muſas?
An ut perunctus Cedro liber ætatem
Ferat, tuumque nomen inſeras famæ?
Sic auguror:) perge, quo potens ſuada,
Et natæ ad alta dignitas vocat mentis.
Spiras cothurnos Æmulator excelſe,
Referſque dignos ſpiritus tui patris,
Sperata proles; noſtræ victor ætatis,
Victor ſiniſtri nominis, perennabis
In ſæcla, lætus efferes caput cœlo:
Cæleſtis aura deleri nequit morte,
Procace celſior livore, Doctrina,
Tranſcendet omnes temporis vices cani.

JOH. BOURICIUS.
Nuper inter Ord: General: Ratiocinarios Deputatus, & nunc Syndicus Amelandiæ.

EIDEM.

CARMINA parturiant alii ſudante cerebro,
Arrodant ungues, Pieridaſque crepent.
Suppeditentque foro thuris, peperiſque cucullos,
Et Momo dentes, materiemque joci.
NEUHUSIUS. dignum cœlo cedroque Poëta
Ex (quod mireris!) tempore fundit Epos,
Cura vale, vale lima, vale cunctatio. Laurum
Ingenii prompti vivida vena meret.

THOBIAS GUTBERLETH, S. L. R.

IN TITULUM.

VIVITUR *ingenio*, mundumque ſuper volat omnem
QVisquis ab Ætherio Spiritus Axe venit.
Laurea ſerta ſuos tollunt ad ſidera vates
Non ullam à Vatis nomine Numen abeſt.
Hîc peregrinantur Vates, ex tempore vivunt,
Cuncti *Democritos* ſic patienter agunt.
Fundere ſi lacrymas etiam ſapienter oportet,
Hìc *Heraclitis*, ſi libet eſſe, licet.
Sed tua NEUHUSI *Cynici Laterna* probavit.
In mundo mundi nil hominiſve dari.

HENRICUS BRUNO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

E I D E M.

CARMINA ſeceſſum ſcribentis & otia quærunt;
Grandia ſive libet, ſive jocoſa ſequi.
e fora, Te tricae, Te mille negotia verſant,
Ac reſpirandi tempora fata negant.
t tamen inter nos ex tempore, ſtans pede in uno,
Carmina digna legi millia multa facis.
quanta hinc patrio affulſit lux clara Leoni?
Quantus & hinc laudum naſcitur ordo Tibi!
ordi aliis ſint Caſca.. Mihi tua carmina. Perge:
Debeat ut Friſios ſic Tibi Roma ſales.
ræ quibus heic triplexq́ue forum, putealq́ue Libonis
Sordet. At ignoſcas Papiniane mihi.
uò Maſuri Rubrica mihi, & tot barbara verba
Iurisconſultorum horrida penè ſono.
anterna, Arnonus, Maranta, Accurſius, Azo,
Nec facit ad Genium Bartolus ipſe meum.
Iorreſco referens. Sed quis non carmina mallet?
Carmina quae ſenſus diripuere meos.
Iacte animo. Patriamq́ue bea, doctiſſime Doctor,
Plene Deo; ut cœlo te bona fama beet.
pſe ſacros inter ſemper celebrabere vates,
Sive tuos Brito, ſive Alemanne tuos.
ccipe quæ ſuper hæc olim ceciniſſe juvabit,
Cum tua poſteritas carmina docta leget.
leve Pater, ſuſtolle caput res ob bene geſtas,
Porrigit en famulas nunc tibi ROMA manus.

TI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

T I B I

HENRICE.NEUHUSI

VATI.MAGNO.AC.ORNAMENTO

T H E M I D O S

CONSULENDO.ET.GRAVES.CAUSA

HEROICA.MENTE

E T

CALAMO.TUENDO

SCUTO.SEPTEMPLICI

HOC QVALECUNQVE MONUMENTUM

IN.BENEVOLENTIAE.IM-

MORTALIS.FIDEM

P O S U I T

SCIPIONI.PHORMIO

VETERANO.RUDIARIUS

L. M. Q

SIMON.ABBES.GABBEMA

RIMARE ET MIRARE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

A IOVE PRINCIPIUM.

O PATER! in Cœlis qui es noſter; Sanctificetur
Nomen; & adueniat Regnum: fiatque Voluntas,
In Terris, tua ut in Cœlo. Da quotidiano
Nobis Pane frui. Condona Debita noſtra;
Ut condonamus Debentibus omnia nobis.
Abſit ut inducas nos in Tentamina: ſed da,
Caſſibus ex Satanæ nos Libera colla feramus.
Nam tibi ſtat Regnum. Suprema Potentia. Summa
Gloria. Sæclorum ſuper omnia ſæcula. Faxis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Gratulatio Belgica,

MISSA

Ad Sereniſſimam Principem Suecia Reginam, &c.

CHRISTINAM.

Leovardiâ Friſiorum Antverpiam.

QUÆ ſupra Sceptrorum apices, Regumque Coronas,
Libertate animi, nuper Regina, Monarchâ
Nunc major, regis, & Faſces timidaſque ſecures
Deſpicis, en! Dextram tibi Belgica & oſcula pacis
Protendit demiſſa genu. Ter Belgica felix!
Quod Pallas Regina ſuis allabitur oris!

Hoc regere eſt: Regem Supremum agnoſcere Numen.
Vincere Se. Sortemque pati. Mortemque morari.
Virtutemque ſequi. Miſeris ſuccurrere. Nullum
Spernere. Et ingenuas caput exeruiſſe per Artes.

Hoc Sceptro CHRISTINA vales! hoc Enſe gubernas!
Imperiumque tuum per totum exporrigis orbem!

Hæc, inter cætera, literis ad REGINAM miſſis, inſcripta.

Scilicet *Auguſto* quondam placuëre Camœnæ,
Quas *Maro*, quas celeri carmine *Naſo* tulit.
Et quamuis tantis Ego ſcribar Vatibus impar,
Quid nocet ingenio conſuluiſſe *Deam*?
Non Ego, ſeu Vatum pars plurima, Præmia poſco;
Non peto carminibus dona referre meis.
Abſit ab ingenuo pretium ſperare Poëta;
Sat Pretii, in Pretium ſi mea verba cadant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN EFFIGIEM
Ter maximi PROTECTORIS
ANGLIÆ, SCOTIÆ, ET HYBERNIÆ,
OLIVARII CROMWEL.

CERNIMUS hic omni Caput admirabile mundo
  Quod Reges, Populi, Barbarieſque ſtupet!
Regibus hic Frater, Populis Pater, Hoſtis inultam
  Barbariem verâ Relligione domat.
Nullius ille timet quam ſummi Numinis arma:
  Non timet, at Pacem Cuïlibet Enſe parat.
Quis dubitat? ſacro hoc ſi pergat flamine Victor;
  Quin ſubitò Meretrix de Babylone cadet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

AD MOMVM,

Temerè de tanto capite & malè de verſu meo judicantem.

BELGICA quem Pacem felix oravit amicam,
Qui Pacem Belgis reddidit & petiit.
Protector, me vate, audit *Ter Maximus*! Illum
Zoile, ſi carpas, me quoque carpe Suum.
Sed caveas deferre typis, ſcriptiſque Potentem
Lædere; ſcin' multas Regibus eſſe manus?
Forſitan illa Anglos quondam legiſſe dolebis,
Scriptaque, queîs pungis, triſtior urna feret.
Cor vivo nuper *Jeſuitæ* ex corpore ſciſſum
Hoc minus admiſit crimine, *Mome*, tuo.
Ille Hoſtem, Patriæ Proceres tu & lædis Amicos,
Et violas Pacis fœdera ſancta nouæ.
Mirabor, num noſtra ferent hos tempora mores,
Num liceat Papæ ſi modo quid libeat.

Com-

Comparatio
Inter
CHRISTINAM
REGINAM,
ET
OLIVARIVM
PROTECTOREM.

SUNT duo quæ ſtupeo noſtris miracula ſæclis:
Dignaque quæ mecum poſteritas ſtupeat.
Ex humili in tantas moles OLIVARIUS exit!
Ut non Hoc toto majus in Orbe Caput.
Ex Solij CHRISTINA ſui deſcendit honore,
Et GUSTAVE tibi Regia ſceptra dedit.
Quis negat, Hanc Illo potiori ſorte potitam?
Ille regit Timidus: Viuit at Hæc placida:

In æternam Memoriam,

Celſiſſimi, Bellicoſiſſimi Heroïs

MARITIMI,

MARTINI HARPERI TROMPII.

COELUM humeris terramque tulit ter Maximus *Atlas*;
Et vix ſub tanto pondere laſſus erat.
Magnus *Alexander* totum ſibi ſubdidit orbem,
Et doluit ſe non vincere poſſe alios.
Trompius immenſum Oceanum vaſtumque profundum
Frenavitque Deos qui vada cæca regunt.
Atlantis robur nihil eſt quam fabula Vatum.
Rex *Macedo* vicit non niſi fœmineos.
Sed natos medio in pelago rigidoſque *Britannos*
Cogere ſe propriis paſcere littoribus;
Hoc opus! hic labor eſt! Hæc te fortiſſime *Trompi*
Gloria, poſt Patriæ reddita fata, manet!
O utinam! tanto *Heroi* ſuccederet *Atlas*
Naſſouidum natus ſanguine *Friſiacus*,
Et ſic unanimi Zelo pia Bella gerantur,
Crede, breui *Triplex* noſtra *Corona* foret.

Cel-

Celſiſſimæ Principi

AMELIÆ DE SOLMS,

HENRICI FREDERICI, Principis Auraici, Viduæ; WILHELMORUM Matri & Aviæ.

Cum à Magiſtratu Leouardiano, in Curia *Ciuitatis, publico prandio ſalutabatur.*

QUis Deus in *Friſiam* Te duxit AMELIA Princeps,
Et nunquam viſas juſſit adire domus?
Hactenus *Auraico* quæ non ſubjecta Potenti,
Paret, in obſequiis officioſa tuis.
Quid ni! Nobiſcum manet ALBERTINA WILHELMO
Nupta Duci, *Friſiæ*, quæ Tibi *Nata*, data.
Diſpereat! qui non permagni hæc munera pendit!
Munera, quæ nullis æquiparanda bonis!
Ergo age! feſtiuos, *Patria Urbs*, teſtare Tryumphos,
Quis ſit an hæc unquam ſit reditura Dea!
Paruula quid querimur vitris data damna Baliſtis;
Lætitiæ ſignum non fuit iſte ſonus?
Friſica non poterunt Æraria reddere, quantum
Sanguinis *Auraici Naſſoviique* ſatum.
Ergo agite! & *Celſam Matrem* reuerenter habete;
Et clamate Valet! Viuat & AMELIA!
Poſt ubi nunc epulis plena eſt indulta voluptas,
Gaudiaque in ſeros uſque peracta dies:
Una vota Deo Mecum perſoluite, Pacis
Anglia ne rumpat fœdera pacta piæ!
Vel, ſi *Regali* Fex non ſatiata Cruore,
Ut ruat, & pœnas det ſcelerata manus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Triumphantem

FRISIÆ *Gubernatorem*

VVILHELMVM FREDERICVM

E caſtris Flandricis, poſt occupatum Gandaui Caſtrum Reducem.

Ex Caſtris, ex Hoſte, redux ex ſanguine Victor
Salue Naſſoæ Gloria prima domus!
Ordo Patrum, veneranda Themis, Leo, Ciuica turba,
Laurea fert capiti ſerta Minerva tuo.
Clamamus: Viuat vindex immanis Iberi!
Viuat Friſiaci Cura Saluſque ſoli!
Viuat! & in totidem Dux vitam proroget annos,
Dum Trux Hiſpanus cum Babylone ruat.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In futuras Nuptiarum

Solemnitates Illuſtriſſimi Magnique Comitis,

WILHELMI FREDERICI,

Comitis Naſſavii, Gubernatoris Friſiæ, Groeningæ, Drentiæ.

Celebrandas cum Celſiſſima Principe,

ALBERTINA AGNETA,

Principis Auraici Henrici Filiâ, & Gulielmi Sorore.

QUI *Danos* numeras *Angloſque* in ſtemmate Reges
Magne Comes, Regum vix minor imperio,
Te tandem ad ſocij confers pia fœdera lecti,
Auraicum miſcens ſanguine Naſſouico?
Quam bene! Sic nunquam Friſios Batauoſque relinques
Auraici virtus, Naſſouijque Vigor.
Perdiderat nuper de te ſpem Friſia Prolis,
Cum poſt fata dabas Auraico imperium:
Nunc, ubi cæleſtes Princeps migrauit ad arces,
Sperat ab Auraica Naſſouioque Ducem:
Qui ſibi progeneret Natos, Patrique Nepotes;
Ut careat nunquam Patria Naſſouiis.
Ergo age! tolle moras celſi ALBERTINA Parentis
Filia, Te exſpectat Friſia! tolle moras!
Ergo age! tolle moras chari ALBERTINA WILHELMI
Sponſa; decet *Matrem* linquere, tolle moras!
Tolle moras! ſatis eſt indultum *Virginitati*:
Crede aliis onus hoc, perge! veni! propera!
Fallor? an exſpectat rediturum *Sponſa* WILHELMUM;
Sponſa dudum Feſto tota parata Thoro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

JOCO-SERIA

In Auspicatum Aduentum, poſt nouas Nuptias, Fortiſſimi Militis, Magnamini Herois,

GULIELMI FREDERICI,

Comitis Naſſauiæ, Gubernatoris Friſiæ, cis & uls Lavicam, &c.

E T

Celſiſſimæ Principis,

ALBERTINÆ AGNETÆ,

Principis Auraici Neptis, Filiæ, Sororis, Amitæ.

POST *Regum* infandos Caſus; poſt *Principis* urnam
Ancipitem; poſt tot ſuſpiria triſtia *Matrum*;
Natorumque Fugas; ductâ GULIELME, triumphas
Auraica, & celſâ cum *Principe* nomina quæris
Æqua tuis meritis, titulis majora *Parentum.*
Præuideo: Cœlum, perte, dabit, ALBERTINA
Progeneret Famæ *Ultores*, Batauiſque *Leones.*
Et ſic poſt *lachrymas* Res Belgis reſtituenda!

A L I U D.

QUI quondam Hiſpanos ſimul Arte & Marte ſubegit,
Hunc domat Auraïco Principe nata Venus.
Nec mirum. Humanum eſt hoſtiles frangere turmas:
Majus opus Cœli Vincere poſſe Deas.
Auraïca ſed victus ovat Naſſouius Heros;
Poſtque novem lunas Io Triumphe! canet.

GRA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

GRATULATIO,
Worcumenſium Nympharum AD *Illuſtriſſimam & Celſiſſimam Principem*, ALBERTINAM Auraica Naſſaviam, cum noua nupta Leouardiam, *magno Procerum comitatu & ciuium applauſu introibat*, 8. *Iunii*, 1652.

ET tua, Worcumiis Nymphis, celſiſſima Princeps
ALBERTINA, ſalus cordi eſt. Gens te illa ſalutat,
Et rogat introïtum felicem Friſia pandat.
Obuiat atratis Cappis, Vittaque rubente,
Et matrum antiquo cultu quas Friſia fovit.
Non ſolum in Phrygiis habitabit candida virtus
Veſtibus: In Tethydos tunicâ ſpumanteque panno
Cor niueum rectumque latet. Sic Friſia multum
Ut mutata vides, & adhuc mutetur in horas!
Ne tamen in pejus præſentia ſæcula vergant,
Virginibus præſcribe modum cultumque decentem
ALBERTINA tuis: Ut ſic reuocetur ad Umbras
Priſca Pudicities, quæ penè eſt publica cuîuis
Reddita, tunc humiles, Princeps, pia vota feremus
Ex te proueniat ſeries immenſa Nepotum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Mensa Secunda

Oblata

Tribus Auraicis Principibus,

Cum à Proceribus *Friſiæ*, *Publicis Epulis excipiebantur.*

Ter felix eſt illa Dies, quâ Principe Trinâ
Friſiaci gaudet Curia læta ſoli!
Antiquis lux ſacra *Iovi* hæc, nunc ſacra Deabus:
Quam ſacrant epulis *Iuno*, *Minerva*, *Venus*.
Iuno nouas tædas, & vincla jugalia curat,
Imperat & primis ſedibus Amelia.
Ad latus Albertina ſedet *Iove* nata *Minerva*,
Dædalios referens ingenioſa jocos.
Henrïetta Venus facie & pulcherrima compto
Corpore, ceu ſtellis Cynthia cincta micat.
Sed, quid abeſt Epulis, mihi dic, *Vir Flamine conſtans*
Fatidico, plenas quid negat eſſe dapes?
Fallor, an Henriacæ Comitem ſuſpiria quærunt,
Et Venus Ennoni ſe ſociare cupit?
O! utinam Hic præſens, *Proceres*! tunc Friſia duplex
Una ſub Auriaco ſanguine juncta foret.

Se-

SENATUI FRISIÆ,

Cum per Sententiam declarabar

PENSIONARIUS *Ordinarius Ciuitatis Worcumenſis.*

Ante ferias Nat. Chriſti. 1650.

NULLA dies Animæ Felicior exſtitit illâ,
Quâ Deus ex purâ Virgine natus Homo.
Laus ſit in excelſis æternaque gloria Patri!
Hoc medio quod me liberet à Satana.

Nulla dies Sortem & noſtros magis auxit Honores,
Quam Mihi quæ donat Iudicis officium.
Perpetuâ Friſiæ celebrabo laude Senatum,
Quod me hodiè talem dixerit eſſe Virum,

Quod ſuper eſt: Sacer Ordo Patrum, Patrijque Senatus
Lumina, per ſeros dicite jura dies.
Ut mundi poſt judicium, ſub Iudice Chriſto,
Vos bëet in cœlo non periturus honos!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. Senatorum Præſes

D. MATHIAS à VIERSSEN,

Sic reſpondet.

NULLA Dies Patribus jucundior exſtit illâ
Qua celebrare licet myſtica more ſuo.
Sic patria eſt purgata malis, ſic reddita juſtis
Res ſua, ſic Chriſto Gloria celſa Deo

Gratior ulla dies, potuit non eſſe, Sacerdos
Iuſtitiæ quando grata videre poteſt
Nil petit ut judex, nec dona minuſcula poſcit;
Sed quæ Muſa dabit ſunt ſibi grata magis.

Hæc tua mens calcar Patribus dabit addere Famæ
Plura tuæ, cæptam tu quoque perge viam.
Hoc debet Patrique Tibi pius ordo Senatus;
Nam Patriæ hos Myſtras reddidit arte ſuâ.

Trium-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Triumphus Friſiæ,

Super Pacem

Inter Potentiſſimum

Hiſpaniarum REGEM,

ET

Liberos BELGAS,

Contractam.

HIſpano cum Rege coït Leo Belgicus! O! ſi
  Sequana, quæ nutrit Lilia, fœdus amet!
Sic pia Chriſtiadum Feruêrent arma per Hoſtes.
  His votis, hâc ſpê, Friſo, Triumphe! canit.

Ergo optata diu rediit Pax optima Belgis!
  Pax prece, Pax armis conciliàta piis.
Plaudite Friſiaci! Pax nobis firma ſalutis
  Anchora. Pax longi ſola medela mali.

Relligio Proauum quæſita eſt verâ cruore:
  Hoc premit Auraïcam Naſtauiamque Domum!
Relligio his tandem Ducibus formata, Triumphum
  Chriſte, Tibi, Auraicis, Naſſouiiſque canit.

Ex-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Excellentiæ.

Nob. Ampliß. Magnifici Domini

ALLARDI PETRI IONGESTAL,

Ex legatione Anglicanâ reducis.

QUI Pacem, paciſque moras, Belgiſque Britannis,
Cum conjuratâ conciliauit ope.
IONGESTAL in Patrias Friſiæ dimittitur oras;
Ut referat Populo quod ſit Utrique Bonum.
O utinam! hæc Belgæ Unanimes ſacra fædera ſeruent!
Et celeri pereat Papaque Turca gradu!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nobiliſſimo Viro
CONSTANTINO HUGENIO,
Eq. Zulechemi Domino, Poëtæ primario:
CUM
De verſu meo ad ALBERTINAM *Principem judicium dediſſet.*

SI ſub ſole jacet tellus ingrata Camœnis,
 CONSTANTINE, ſolo viuimus hoc hodiè.
Nullus honos Phœbo hîc: nulla eſt reuerentia Muſis.
 Mendico pejor qui volet eſſe, canat.
Aut ſterilis damnat doctas Luſitania Chartas:
 Vel latet in denſo puluere Terpſichore.
Spes lucri, poſt terga, vale! miſer ille Magiſter,
 Qui pretio chartas venditat uſque ſuas.
Non eſt ingenui, ſua verba locare, Poëtæ;
 Nil niſi verba dabit, qui ſua verba locat.
Sat lucri, ſi juſtus honos, nomenque ſequatur,
 Et decus ingenio Spiritus ille ferat.
Scribitur at Batauis carmen felicius oris;
 Et, vatum ſub te *Principe*, *Muſa* valet.

STRENA,

In felix auſpicium Anni, poſt Natiuitatem Seruatoris noſtri,

M. DC. XLVI.

Oblata

Ampliſſimo, Nobiliſſimo, Graviſſimo, & ſimul Doctiſſimo Domino,

PETRO à VVALTA,

Sæpius ad Ordines confœderatarum Prouinciarum Delegato Digniſſimo.

TUTIUS eſt priſcas renouare ab origine leges,
Et ſua conſueto reddere jura foro;
Quam Proauum violare fidem, præſcriptaque Patrum
Tollere, & ignotis viuere velle modis.
Sic rutilans quando Titan confecit Olympi
Magnum iter, antiquos incipit ire gradus.
Non mutat Dux ille Poli per ſidera curſum,
Paruaque quam fixit lumina lege tenet.
Arboribus concedit Hyems requieſcere, donec
Vere coloratis Floribus arva nitent.
Horrea quæ complent lætatur meſſibus Æſtas:
Plenior Autumni tempore cella mero.

Sic

ic leges ſeuantque vices hæc tempora certas :
Sic cœlo & terris firmior ordo manet.
iem *Ianus* adeſt qui tot gratantibus annos
Feſta dedit : priſcus , plaudite ! *Ianus* adeſt ;
nus adeſt , feſtique monet renouare triumphum ,
Et jubet Aöniam tangere ut ante Lyram ;
bſequor imperio. Faciles da *Iane* Sorores :
Iane meis numeris carminibus que faue.

ALTA tui Generis nunc unica gloria PETRE,
Vir grauis eloquio , judicioque capax !
d te noſtra venit , quia nunc vicina , Thalia
Dona ferens , *Iani* dona ferenda die.
on auro mea dona nitent , faſtidis & aurum ,
Aurea nec reddi munera Muſa cupit.
ed gemmis aurique dabo potiora metallo ,
Si modo quæ mitto pondus habere queant.
ro Patriæ tibi vota fero , *Vir Magne* , ſalute ;
Cum Patriâ ſaluum te mea muſa vouet.

a Deus ut tutis *Eccleſia* floreat agris ,
Liberaque à Satanæ ſit tua Sponſa malo.
uæque diu gemuit ſub crudis turba Tyrannis ,
Exerat excuſſo colla ſoluta jugo.
! ſi Friſiacas Flamma iſta incenderet Aras ,
Non ſic in leges ſurgeret Ara fori.
Non tot miſcerent inter ſe jurgia *Fratres* ,
Iurgia quæ ſacris non bene conueniunt.

Au-

Auraico felix ſub *Principe Belgica* bellum
Proferat ! Iberi frausque doluſque ruat.
Et ſerua incolumem Deus ô ! ſub Principe Natum ;
Dum poterunt digno Principe digna geri.

Cui ſua *Naſſovius* moderamina *Friſia* concors
Obtulit, in ſeros militet uſque Dies.
Poſt *Hulſtæ* numeret ſibi victor mille Tryumphos ;
Ut queat *Excellens Altius* ire decus.
Felices caſtæ *Veneris* ſibi jungat Amores,
Sic careat nunquam Friſia *Naſſoviis*.

Vos etiam *Proceres* rerum queis prima poteſtas
Credita, queîs Patriæ ſtatque caditque ſalus ;
Viuite felices ! pax & concordia junctæ
Triſte procul pellant Ambitionis opus.

Curia, bis ſenum ſedes præclara *Catonum*,
Hactenus eximiis diuiduata viris,
Surgat ! & infeſtum contra ſe vindicet orcum ;
Ne ſacer ex medio Iuſtinianus eat.

Et tibi Magnates inter *Venerande Senatus*,
Sub cujus ſceptro viuimus incolumes,
Apprecor, ut longum vobiſcum hæc otia ducam ;
Otiâ ſub tuto læta patrocinio.
Cedat *Eris*, ſedeat firmis *Diſcordia* vinclis :
Si ſurgat, Ciues ! vos mala fata prement.

Denique vos Patriæ communia pignora *Ciues*,
Mænia quos mecum celſa *Leonis* habent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

multos ſaluete dies. Saluete Sodales
Siue mihi juncti ſanguine, ſiue foro.
l te noſtra preces jam vertit Muſa ſalubres
WALTA, tuæ Patriæ Lux, Decus & Columen.
meritò Patrem proclamet Friſia fidum,
Quæ toties curis reddita tuta tuis:
æ toties! medio mœrorum ex æquore ſaluum
Te Duce gaviſa eſt exeruiſſe caput.
nſiliis quæ ſæpe tuis tot commoda ſenſit,
Plurima quot nobis *Beſtia* damna creat.
Patrius ſeruetur honos, ut gloria creſcat,
Seraque Nox Curis addita, ſera dies.
c velut Iſtorum major pars, publica juuit
Commoda priuatis poſt poſuiſſe tuis.
nc ubi multa Senem regnandi nauſea cepit,
Imperij faſces ponere ſponte juuat,
patrios habitare lares fuit una voluptas;
Otiaque annoſis reddere læta pilis.
ſtorios tibi WALTA dies concedat Olympus!
Longius & patriæ viuere poſſe bono.
rſenia poſt ſtirpe *nouem* cum *Matre* Nepotes,
Supremo claudant lumina laſſa die.
llor? an optatis facilis *Ianus* annuit iſtis,
Et jurat magni ponderis eſſe preces.

Scep-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Sceptrum Veneris,

Oblatum

Nobiliſſimo, Magnifico, Conſultiſſimo,
ac Doctiſſimo DOMINO,

IOACHIM ab ANDREE

Equiti, & Supremæ Fris. Curiæ
Præſidi, viduo, Sponſo.

ET

Generoſ. Nobiliſſ. Prudentiſſ. ac
Piiſſimæ MATRONÆ,

SOPHIÆ à VERWOU

Viduæ Generoſiſſimi D. WITZO
à CAMMINGA, Hæreditarij
Domini Amelandiæ, Sponſæ.

VENUS, Mater Cupidinis,
Soli cœlique præpotens
Dea! quam late imperium
Tuum per orbis angulos,

Va-

Vagoſque poli terminos
Verendo extendis Numine!
A ſole niger Æthiops;
Pigerque gelu Sarmata;
Crœſus in lecto divite;
Irus ſub tecto paupere:
Colens agellum Ruſticus;
Frequentans aulam Nobilis:
Miles ad arma ſaucius;
Nauta per Mare devius:
Omnis ubique Populus
Tuo, *Venus*, imperio
Subjacet, legesque tuas
Veretur omni ſtudio!

O potens inter Superos
Diva! te nullum grandius
Numen in cœlis habitat.
Ipſe *Deorum* maximus
Iupiter mandata tua
Juſſaque ſequi cogitur.
Jam Facis illum cornua
Fronte portare gemina:
Mox ſecat plumis æthera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Rapacis inſtar aquilæ;
Ut *Inachi* Filiolam
Et *Ganimedem* Puerum
Suo complexu foveat.
Nec tibi tantum ſerviunt
Deorum ſedes Æthera:
Sed & infauſta Tartara,
Nigrique Ditis Incolæ
Sub tuis ſignis militant.
Pluto, qui cæco præſidet
In Antro, rapit Cereris
Fililam *Proſerpinam*,
Tibique ſacras nuptias,
Feſtumque lætum celebrat
In ſtygijs paludibus.
Quid novi, ſi nos Homines,
Quibus abeſt Divinitas,
Datuſque cœlo ſpiritus,
Te *Venus* ducem ſequimur
Te *Venus Deam* colimus?
Ab orbis primâ infantiâ,
Novoque cœli lumine,
Venus ſua mortalibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Iura, legesque condidit.
Adam quam primùm naſcier
Sui de coſtâ corporis
Evam videret, patulis
Recepit illam bracchijs;
Et nihil præter cupijt
Quàm dari ſibi baſia,
Eique mille reddere.
Quotquot *Adami* Poſteri
Patris hâc luce fruimur
Nepotes, jure vivimus
Pari, & ijſdem legibus
Ad Veneris altaria
Nos humiles proſternimus;
Piaque vota reddimus,
Præſtet ut opem ſaucijs
Quæ dedit per *Cupidinis*
Tela nobis vulneribus.
Nos nihil prætermittimus,
Labores, curas, ſpernimus;
Opes, dotes, contemnimus;
Honores, res, poſtponimus;
Patrem, Matrem, negligimus;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Deum, peccatum! offendimus;
Modo *Venus* recipiat
Nos ſuo dignos prælio
Milites, & victoriam
Polliceatur niveam.

Quæſo! quis inter homines
Tam potens unquam Dominus
Vixit, ut Te potuerit,
Aut tuas, *Venus*, vincere?
Prodeat victor Macedo
Orbe terrarum domito,
Et ordine Victorias
Quas retulit, recenſeat;
Crede! fateri cogitur,
Quod *Venus*, nata Perſico
Rege Parente, domuit
Se Dominum ter maximum.

Leonis *Samſon* guttura
Ferocis fregit turgida:
Solvit ab hoſte vincula
Nexa miris fallacijs:
Philiſtæorum millia
Aſelli fudit dentibus:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Sed nihil robur corporis,
Vel potens dextra profuit,
Cum *Veneris* in gremium
Caput, comamq́ue poneret.

Exeas ex Mortalium
Timon cætu *miſantropos*!
Procul paternis mœnibus
Dies remotus exigas:
Et loca dumis aſpera,
Situq́ue fæda inhabites:
Sis feris comes beſtijs,
Quadrupedumq́ue ſocius:
Sub *Iove* victum rigido
Labore multo quærites:
Te tamen calor igneus,
Quem *Venus* blanda ſuſcitat,
In locis ſolitarijs
Reperiet, & ſenties
Quæ ſit in dura pectora
Amoris vehementia.

Fallor? an & in Friſiâ
Se *Veneris* potentia
Manusq́ue longa jactitat?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

O *Friſia* quàm *Veneris*
Obediens es juſſibus!
Ipſa non *Senatoria*
Prima, ſummaque Dignitas:
Nec Eques dictus Aureus,
Stirpeque multa Nobilis,
Te *Venus* auſus temnere,
Et tua jura ſpernere.

En! *Caput* ſummum Curiæ
Patrumque primus *Patriæ*,
Cui nihil unquam potius
Fuit, quàm die lucidâ
Et altâ nocte volvere
Sacrati leges Principis,
Iam colit jura *Veneris*
Dies, noctesque blandulas.

Pax ſit! *Andrée*, Domine
Mihi colende debitis
Humiliter officijs,
Quærat ut *Vates*, quomodo
Movere te potuerit
Venus juncta *Cupidine*.
Fallor! an ſequens audio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Meo reſponſum carmini
Ab ore reddi Domini?

Nuper, ut gravioribus
Tenebar ſacræ *Themidos*
Studiis, & ex gemini
uris amplo volumine
urgia quæro tollere,
Reisque datam Noxiam,
Dolique mali crimina,
Lege punire *Aquilia.*
En! fores pulſat Cypria
Cum ſuo *Venus* Filio;
ubetque ſibi januæ
Moveri noſtræ peſſulum.
ngrediens, ſic blandulis
Me alloquitur carminibus:

Heu! quid, *Andrée*, genere
Stirpeque multùm nobilis,
Sedes hic inter tenebras
Diraque legum tædia
Solus? an omne temporis
ta labetur otium?
Te decet libros ponere

Labore tritos nimio.
Sat laborâſti, juveni
Dum ſtetit ætas fortior.
Sat tibi ſapientiæ
Sera nox dedit & dies.

Teſtis eſt *Academia*
Franequeræ clariſſima:
Illa te quondam publicè
Docentem jura ſtupuit.
Teſtis eſt ſumma *Friſiæ*
Curia, quæ te Præſidem
Honore fert ter gemino.

Quid juvat omnes Codices,
Paragraphos & Titulos
Iuſtiniani volvere?
Jura ſunt tot & toties
Dicta, ſcripta, facta, data,
Ut omnis illa flectere
Homo poſſit arbitrio:
Ut patet ex Menochio.
Et omne feras otium
Sacratis vitæ legibus,
Non tamen es perfectior:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nam variat jus minima
Ut vides, circumſtantia.

Fallor? an & Politicæ
Te labor tenet improbus,
Et animo conſilia
Regimini ſalubria
Volvis, & tecum penſitas
Quem decet ſceptri dignitas
Autoritas & conſulis?
Vana! nil mutabilius
Politicis negotiis,
Ipſe nec ventus citiùs
Favorem nautis denegat:
Non ita fluctus æquoris
Sæpè tolluntur & cadunt;
Crede; quàm res politicæ,
Pede non certo fluitant.

En! mihi fidus hodiè
Amicus ſceptro prævalet,
Sibiqúe locum poſſidet
Ad latus ſummi Principis;
Cras jacet ipſo ſpretior
In pavimento pulvere.

Jacet! & nunquam tollitur.
Beata fores *Friſia*,
Recta ſi nunquam Regulis
Fuiſſes à Politicis!

Sed! quid! in vultu lachrymas
Signa doloris video?
Nil juvat ſemper triſtibus
Ingemiſcere luctibus.
Scio, Te, Charæ Conjugis
Quam dederat *Bourmanidûm*
Genus ſupremum Friſiæ,
Poſſe nec dum memoriam
Ponere: & certè fateor
Vulnus hoc, alto conditum
Pectore, urgêre lachrymas
Gemitus & ſuſpiria:
Sed, nefas fata vincere
Velle longis doloribus.
Sic voluêre triſtia
Fata, nunc jubent gaudiis
Novis mutare funera.
Sic ſequitur poſt nubila
Phœbus ab alto lætior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nec mare ſemper fluctibus,
Inundat agros *Friſiæ.*

Hinc age! luctum cohibe,
Et lachrymis te tempera:
Labores, curas, ſtudia,
Pelle procul de foribus.
Et mea Miles ſequere
Caſtra ſignaqúe ſtrenuus!

Ego tibi Dux prælii
Dabo felices exitus:
Nec duce me vereberis
Periculoſa vulnera.
Vovere quicquid poteris;
Et animo comprêndere,
Tibi, ſis Comes, largiar.
En! ſubeſt meo imperio
Mihiqúe totùm dedita
Nympha, creata nobili
Stirpe clarisqúe Patribus.
Eſt ei nomen *Sophia*:
Sophia digna Heroibus
Viris conjungi Fœmina!
Ut inter cœli lumina

Decus Sol primum ſuſtinet..
Ita inter mille Conjuges,
Quas amat tota *Friſia*,
Meretur palmam *Sophia*;
Sophia ter digniſſima!
 Incola cœli pietas;
Candidaque relligio;
Mens bonitatis conſcia;
Vita pura fallaciis;
Fides in Deum poſita;
Certa ſpes; falli neſcia;
Laude digna ſimplicitas;
Amica toro caſtitas;
Benigna viro Charitas;
Hæc ſibi dona poſſidet,
Quam tibi dabo conjugem,
Sophia pientiſſima!
 Parca ceu duros Hyemis
In dies grana colligit
Vere formica florido;
Sic ſtudet rem domeſticam
Juvare multo ſedula
Labore, nullum patitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Abire cari temporis
Momentum, quod non referat
Æqua Matri familias
Opera & ſimul onera,
Sophia ſolertiſſima!

Pollet ingenii dotibus;
Præſtat antiquis moribus;
Soror illi ſcientia;
Eſt comes ſapientia;
Forma *Deabus* æmula;
Pectus Heroum ſimile;
In amore conſtantia;
In Maritum obſervantia;
Meam decorant *Sophiam*;
Sophiam perfectiſſimam!

Hanc manu meâ liberam
Tuæ nunc mitto propriam.

O Dea! Andrée clamitat
Quam libens tuis juſſibus
Velut miniſter obſequor!
Seu dies ſpargit lumina;
Seu diem condunt tenebræ;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ego tuis altaribus
Thura ſacrabo maſcula.

Nec *Venus* fallit credulum;
Spe nec inani decipit
Suæ cohortis Socium.

En! Dies venit hodie,
Quo ſua junctus *Sophia*
Senator ſacra celebrat
Secundi Feſta Thalami.
O Thalami felicia
Feſta! quibus conjungitur
Judici Sapientia!

Quod ſupereſt, ter Maximum
Precor imo de pectore
Deum novi conjugii
Secundet icta fœdera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

O TEMPORA! O MORES!

PESTIS atrox, & dira lues, Te, funere mulctat,
Gens Batavum! Friſios jam jam viſura penates.
Ira Dei, rabieſque poli, poſt triſtia Belli
Fulmina, conjurant Belgarum in fata necesque.
Muſa gemit, Pallasque fugit, te, Leyda, Camænis
Quæ loca ſacra ſuis. Orbantur Roſtra ſuperbo
Conſule: Templa piis viduantur ſacra Miniſtris.
Amſtela! quæ totum pretio tibi ſubiciis orbem,
Regum concilians Iras aut Fœdera nummis,
Nunc vitam mercare tuis! ne concidat illud
Miraclûm divini operis; ne navita proram
Vertat, & à ſolito revehat ſua munera portu!
O! quam tarda fuit divini Numinis ira
In noſtras ſe armare manus! longùm illa dolores
Diſtulit; à duris retrahens cervicibus Enſem.
Publica nec privata valent. Sacra atque profana
Mixta, Chaos faciunt. Deus hìc laudetur an illìc,
Neſcitur vulgò. Chriſtum negat hic: necat Ille.
Relligio in cenſu. Vultu Deus. Atria Templi
Occupat in Tyriis veſana ſuperbia pannis.
Atque utinam fuco non prodat Ovilia Paſtor!
Iuſtitiæ lex prima favor. Lex Arma favoris.
A tremulis fugit aure Reis Dux atque Tyrannus
In proprium Præſens placitum; non ultima ſpectans
Iudicii quæ pœna manet. Pœna horrida dictu!
Ex meritis nulli vacat ullum munus, honosque:

Sed nummis magnum omne patet : quo munere ſolo
Ad Patriæ adſcendes clavum, Reſpublica per te
Corruat, & fædam vereatur prona ruinam.
Ars neglecta jacet. Pallas procul errat & alget.
Et decus eſt neſcire aliquid, quo fama perennet.
A teneris jurare annis, atque Omnipotentem
Lædere, ſe Baccho Venerique offerre Miniſtrum,
Aut Regum caſus, dubium aut tractare fritillum,
Primæ laudis opus. Poſt, ſi tibi tardior ætas
Venerit, heu! quo non fœdo ruis impiger auſu!
En patrias prædamur opes: Milvique rapaces,
Per fas, perque Nefas, æraria publica noſtris
Miſcemus. Furtum, neque nos infamia terret.
Publica pro Patria, pro Relligione, geruntur
Bella, ſed in Bellis Patriæ Dux Hoſtis; & Hoſti
Armatam præſtabit opem, quâ ſupprimat ille
Puppes, Valla, Focos, Cives, Patriæque ſalutem.
Heus! ubi nunc antiqua Fides? quò priſtinus ille
Ceſſit Amor, candorque animi? tria verba ligabant
Iam non ſcripta Viros. Lites, injuria, fraudes,
Fœnus, Avarities, mendacia, furta, doluſque,
Nos inter jam prima tenent ſubſellia, Cives!
Pergite ſic Cœlos adſcendere, pergite Belgæ
More Giganteo contra ſacra Numina Bellum
Sumere, & audaci Chriſtum oppugnare furore!
Non vos ira Dei, non horrida fulmina Cæli,
Non Peſtis, non vos Satanas avertet Olympo!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Secundas Nuptias

Ampliſſimi & verè Docti Domini

THEODORI à SCHELTINGA

Senatoris Supr. Friſ. Curiæ digniſſimi Sponſi.

E T

Nob. Decentiſſimæ Matronæ

GEERTERUDÆ à WIGARA,

Sponſæ.

SCHELTINGA Idskiades qui nuper Gratus in Ulnis,
Gratior ad Thalamum Te GETERUDA citat.
Gratior eſt Sponſo. Bona Conjux Gratia tota eſt.
Gratia nulla Viro niſit Amica Toro.
Gratior es Sponſâ. Das munera primus, at Uxor:
Pro meritis reddit pignora Grata viro.
Gratia ſi cœlo, quod primam Gratia Chriſti
Irradiet quod ſit Grata ſecunda foro.
Gratia Cœleſtis Communi prole Parentes
Et bëet innumeris Remque Torumque bonis.
O! mihi ſi liceat ſocio de ſanguine Nympham
Ducere! Grata foret Pallade Iuncta Themis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

AD
Incognitos & Tumultuantes
Hodierni Temporis
SCRIPTORES.

Quæ non præſenti Gens ſcribit garrula ſæclo!
  Quas non quisquilias ſtulta papyrus habet!
Hic *Regis* probat Imperium. Laudatque Tyrannos,
  In Chriſti inſurgant Enſe vel Igne, gregem.
Ille *Unctum* Sceptri ſpoliatum gaudet honore:
  Commendans Regum fata fugaſque Ducum.
Eſt; qui, bellorum nondum ſatur, Anglica rumpi
  Fœdera, ſollicito ſuadet amore ſui.
Sunt, qui diſcordes armant in Prælia Cives;
  Vinclaque Telorum diſſoluënda docent.
Huic *Comitis* Virtus Illuſtri in pectore chara eſt.
  Diſplicet huic *Pueri Principis* Imperium.
Quid, quæſo! hæc ſcripſiſſe juvat? Deus omnià nutu
  Dirigit, & ridet quæ ſibi fingit Homo.
Hoc ſaltem ſcripſiſſe juvet: Sic ſcribere tecto
  Nomine, Principium, crede, furoris erit.

Bel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Bellum Martis cum Venere,

Conſecratum Nominibus, Nobiliſſimi, Strenuiſſimi Viri,

D. JARICCHII ab HEERMA

Fris. Milit. Capitanei. SPONSI.

Et Nobiliſſimæ, Formoſiſſimæ Virginis

JETSKIÆ à SYTSMA, *Sponſæ.*

SAUCIE, componas te nunc ad prælia *Mavors*!
 Atque age, ne turpem dent tua terga fugam!
Indixit tibi bella *Venus* ter bella; ſuiſque
 Martia blanditiis ſubdere colla ſtudet.
Et vereor, Divæ ne proſpera prælia cedânt!
 Et tu, qui *Mars* es, præda ſupina cadas.
Stet facili licèt Haſta manu; ſit Pulvis in ore;
 Et feriant juſſum, tela manuſque Scopum;
Incolumis viridi *Venus* imperterrita Campo,
 Excipiet ſalvo tela manuſque ſinu.
Et, velut æquoreis non frangitur alta procellis
 Petra, licet totos ſæviat unda dies;
Sic formoſa *Venus* contemnit fulmina belli,
 Et quod Bellorum *Martia* corda ferunt.
Dic, fere Mars! quæ tanta animum dementia cepit
 Auſus ut huic forti Bella movere Deæ?
Non ſubit, ut ſpoliis Te denudabat opimis,
 Cum venit claudus *Mulciber* ante Torum?
Scilicet! eſt major, Tibi nunc fiducia ferri,
 Ac magis, ac antè, eſt prompta ſagitta tibi!

Fal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Falleris ah Demens! Tibi non Victoria cedet;
Sed dabitur *Veneri* palma ſecunda Tuæ!
Fruſtra acues Ferrum! fruſtra ſinuaveris Arcum!
Non nocet, huic, unquam, miſſa ſagitta *Deæ*.
Craſtina vix cœlo lux delabetur ab alto;
Vix canet Auroræ Nuncius eſſe diem:
Quin *Mars*, crede mihi! depones vertice Criſtas,
Fœmineoque dabis colla ſuperba jugo.
Et captus victusque ſimul, *Venus* ut tibi parcat,
Ut vitæ veniam det *Venus* alma, petes.
Hinc age! ne poſthâc *Venerem* ſub pace laceſſas.
Dormiat; aut rabidi læderis ore Canis!
Quî tibi, Diva *Cypris*, tam magna Potentia venit,
Ut te non poſſit ſubdere Martis opus?
Heu! quot non Populos, quot non Mars Regna gubernat!
Te timet, & Dominam Mars furioſus habet!
Mœnia ſubvertit, Gentes exſcindit, & igne
Totius vaſtat *Mars* ferus orbis opes:
Sed, tu, nuda, Iocus cui ſtat Comes atque *Cupido*,
Sanguineum *Martem* dejicis ante pedes.
Impia ni noſſem contraria murmura Cœlo,
Et ſuperos Magicis fallere nolle modis;
Tunc ego crediderim tibi, quod, *Venus* improba, Circe
Sit Soror, & ferus *Carphatius* Genitor.
Audiit, & Cupido rerum cognoſcere cauſas
Hos *Venus* ingenuo reddidit ore ſonos:
Stulte! quid inquiris nobis quî tanta poteſtas
Sit data! Cæleſtis Fons & origo mihi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ipſa ego Divorum ſummo *Iove* Principe nata,
Supprimo Mortales imperioque Deos.
Ante alias me forma beat pulcherrima Divas,
Et gelidis facies candidior nivibus.
Non Adamas tanto lucet ſplendore per aurum,
Quam mihi ſub mediâ lumina Fronte micant.
Pallida ſtat noſtris ſi ſit Roſa juncta labellis:
Vincit ebur Collum: Purpura mixta Genis.
Floſculus ut ſuavem carpenti adſpirat odorem:
Sic violæ ſpargunt Guttura noſtra decus.
Dulcia mella leges mea ſi tibi Baſia dono,
Divinumque meo Nectar ab ore fluet.
Cernis inornatos humeris pendêre Capillos:
Pendula pampineis ceu viret uva comis.
Et mihi ſunt geminæ, quæ proment mella, Papillæ:
Tactus, & hinc Guſtus, commoda viſus habet.
Singula laudarem Tyriâ quæ veſte teguntur
Membra? mihi tempus deficeretque dies!
Nec ſinit Hæc monſtrare Dies! De nocte pudorem
Pello *Venus*, *Mars*, hoc experiere brevi.
Hoc formæ decus eſſe vides! ad cætera quantum,
Munera ſunt Animo ſplendidiora meo.
Læta *Venus* præſto rebus ſolamen in arctis:
Do requiem curis: ſum medicina malis.
Pacis amans, diræ compono prælia linguæ:
Sævaque tranquillis jurgia pello focis.
Caſta ego præſcribo leges & jura Maritis;
Queis ſocium diſcunt non violare Torum.

Cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Corrigo Te, *Corydon*, divinas Docta per artes;
 Immundas nares, *Ruſtice*, mungo tibi.
Sedula, vel metuens hyemem Formica, domi Rem
 Sub ſera curo nocte dieque novo.
Sobria non calido delector, ut Ebria, vino.
 Me juvat ex tenui pellere fonte ſitim.
Adde, quod in lucem Genitrix do Pignora mundi,
 Pignora; queis *Martis* nititur omne genus.
Me quæ non *Venerem* comitantur Gaudia! Quæ non
 Nocte ſub obſcurâ Gaudia Lectus habet!
Sed, fas hæc tacitis involvere ſacra tenebris
 Otia! Nox ſola eſt; non mihi grata Dies.
Et dubitabis adhuc quî tanta Potentia Nobis
 Sit data? Quis contra me feret arma *Deam*!
Dixerat: & ſecum verſans nova prælia, *Martem*
 Evocat in Campum Bella Decenſque *Venus*.
O bone *Mars*! bone *Mars*! quid ages! fuga turpis habetur:
 Et decet ignavos ponere ſigna viros.
In Pugnam Conſtanti animo rue! Dextera ſtringat
 Enſem, qui toties perdidit ora virûm.
Telaque depromas plenis non tarda pharetris;
 Et toties ferias, dum *Venus* icta cadat.
Non timeas Mortem. Mors ſumma eſt gloria Cæſis.
 Felix! pro Patriâ qui ſua fata dedit.
Et tu bella Venus, ſi fors tibi Palma daretur
 Debita, ſi fœdo pulvere Mars jaceat;
Parce precor victo; miſero non eripe vitam.
 Si dederis vitam, Gloria major erit.

Fal-

Fallor ? an hæc ſævis contraria prœlia Bellis ,
  Mars ubi cum *Diva Cypride* ſigna movet ?
Pro tumulo vitam , pro vulnere Baſia donant
  Mutua , conveniunt *Marſque Venuſque* benè.
Non opus in timido tentoria ponere campo :
  Mollia ſed tuto credita caſtra Toro.
Non opus armatis in prælia tendere Nervis :
  Apta magis bello , cum ſine Veſte Venus.
Non huc perveniunt letalia ſpicula felle :
  Illita ſed dulci melle Cupido dabit.
Bella creant curas , nil habent niſi Caſtra Labores :
  In Thalamis habitant Somnus , Amica , Quies.
Militis eſt celſi ſuperare cacumina montis :
  Exulat hinc tanti , crede , laboris onus.
Quem metuas non Hoſtis adeſt : Sua brachia pandet
  Amplexuſque dabit dulcis Amica novos.
Cætera quid referam ? blandi Certamen Amoris
  Continet immixtis Gaudia mille jocis.
Sed jam tempus erit , tibi , *Mars* , decedere campo ;
  Dulcia ſint Veneris Prælia , Finis erit.

AD ZOILUM.

Zöile quid mites tua pungit lingua Poëtas ,
  Et ſpuis in ſacrum dira venena *Gregem* ?
Scilicet ! ex alto Muſarum curat amores
  Juppiter. Haud fruſtrà Te ſinet eſſe Canem.
Dextra tenet Sceptrum : Manus altera Fulmina mittit ;
  Id Tutela ſuis : Hæc metuenda Tibi.

In-

Ingenuo ac Præſtanti Viro - Juveni ,

PETRO ab AXMA,

SPONSO;

Iam Friſ. ærarii Quæſtori & Senatori maritimo.

ET

Omnium virtutum genere Eminentiſſimæ Virgini,

RENICÆ ab ATSMA,

SPONSÆ.

Dic mihi Virgineas non Improbe Cultor ad Aras,
Dic mihi , Quâ præſtans *Dote* Puella placet ?
Quam Thalami Comitem ſociale in fœdus amorum ,
Et vitæ auxilium nocte dieq́ue voles ?

Reſp. SPONSUS.

Quam Pietas, Mores , Quam Pulchræ Gratia Formæ,
Cum Proavum ſerie Divitiæq́ue beant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Si *Pia* Virgo Toro ſe det, jungatque Marito,
Sunt pia quæ reddit Pignora cuncta Torus.
Si bene *Morata eſt:* Mores ſua commoda portant;
Qui cum defuerint; non bene durat Amor.
Forma mihi tacitos ſub Pectore nutriet ignes,
Materiem blando datque alimenta Toro.
Progenie deſcendit Honos! Neque fertur in altum
Qui ſua de ſpretâ Nomina Plebe trahit.
Divitiæ faciunt ſine Curis ducere vitam:
Hæ faciunt animo liberiore frui.
Hæc juris ſunt cuncta tui, *Lectiſſima* Virgo:
Et ſparſim multis quæ data, ſola tenes.
Eſt Pietas, Mores, Forma, eſt Domus alta Parentum,
Sunt Tibi Friſiaci Iugera multa Soli.
Ergo, *Sponſe*, tenes, totâ quod mente petiſti:
Fortunæ virtus altius ire nequit.
Felix AXMA nimis! cui tot cumulata coronis
Ducitur, immuneris ATSMA negata Procis.
Sic felix Noſtræ Themidi ſi affulſerit Aſtrum,
In terris omni parte beatus agam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Lachrymæ

Effuſæ in obitum Clariſſimi ac Conſultiſſimi

D. RICCHÆI ab ECHTEN,

J.V.D. Et in ſummâ Friſiorum Curiâ,

dum viveret, Advocati ſtrenuiſſimi.

Amici paterrimi.

INDUE funereos, mecum, mea *Muſa*, colores,
Et pullo incedas tegmine.
Scinde genas, diſſolve comas, laceraque capillos;
Et pugnis tundas pectora.
Nullum pone modum lachrymis, fletuſque perennis
Inſtar labantur fluminis,
Unquam ſi qua fuit juſti tibi cauſa doloris;
Hanc præſens portat Lucifer.
Non ſtrages, non Naſſovicis contraria vocis
Triſtis narrabis Prælia:
Hæc Fortuna rotat, quæ ſi nunc ſæva minatur,
Cras nos ſpectabit mitior.

Non

Non ſortem adverſam, morbos duroſque labores;
Cum victu planges paupere;
Sordida quem nuper miſerum cruciabat Egeſtas;
Nunc Prætor, leges dictitat.
Non Ægram, Duramque ſimul lugebis Amicam;
Etſi vix vulnus crudius:
Tempore creſcet Amor. Defectæ in corpore vires
Tractu florebunt temporis.
Nec quia non reddit tibi debita Præmia Friſo,
Udo plorabis lumine;
lla Dies veniet, quo triſti libera ferro,
Lauros nectet Germania.
n luctum Majora vocant, Dolor arduus urget
Inſuetos Fletus fundere.
eu! jacet *Echtenius* triſti tumulatus arenâ!
Æternùm dignus vivere.
chtenius, legum Antiſtes, Iuriſque Sacerdos,
Mortalem curſum finiit.
ui ſimplex Pietas, & erant cœleſtia curæ,
Turpi ſemoto crimine,
ui ſincera Fides, & erat mens conſcia recti,
Nullis intento Fraudibus:
uem nunquam vani tumefecit Nominis ardor,
Nec fallax movit Curia:
ui Pater Orborum, qui tot! Tutela Clientûm,
Cauſas egit feliciter:
ui medios inter latices, & pocula Bacchi,
Eſt ſemper viſus ſobrius:

Quem neque luce novâ, neque ſerâ nocte laborum
Segnem fecerunt otia:
Qui bene de noſtra Themidi Praxique merebat,
Et Cæco lumen prætulit:
Ille jacet, jacet, heu! Vitâ ſpoliátus & aurâ
Sub duro tectus pondere.
O Dolor! o rigidi triſtiſſima vulnera fati,
Quæ ſunt ex tali Funere!
Cives, Sponſa Dei, Partes, Aſtræa, Senatus,
Unà Nobiſcum plangite.
Echtenius Princeps, Tutor, Dux, Gloria veſtra;
Crudeli raptus funere.
Tuque etiam ſocii nuper chariſſima lecti
Conjux lugebis *Margaris*.
Occidit ille tuus florenti ætate *Maritus*,
Nunc diris frater vermibus.
Occidit illa tuæ ſocialis Dextera vitæ,
Fœdæ donum putredinis.
Occidit, & *Viduæ* linquit *Tria pignora Matri*,
Non pravi aut recti conſcia.
O Dolor! o rigidi triſtiſſima vulnera fati!
Quæ ſunt ex tali Funere!
Muſa quidem tanto ſolantia verba Dolori,
Et Carmen ferret lenius:
Si mea non ſimili mœrore afflicta, levamen
Nunc exoptarent Pectora.

Doctiſſimo & Præſtantiſſimo
Viro - juveni,

D. HANSONIO à WYCKEL,

Cum J. V. D. Salutaretur.

Nunc inter Ordines confœd. Provin. Delegato graviſſimo.

QUAM procul à noſtris ſeceſſit & exulat oris
Aonio quondam Muſa lepore ſcatens!
Friſia Pegaſidûm quæ nuper honoribus aucta
Tot populis clarum lumen opemq́ue tulit:
Nunc patitur noctem, ſpiſſiſq́ue immerſa tenebris
Sordet, in alterius ſartaq́ue tecta manu.
Obſcuro ſtat Muſa loco. Spoliata Magiſtris
Interitum ſpectant Curia, Templa, Scholæ.
At ſi pendantur penſa & ſua præmia Muſis,
Si Doctrina ſuum ſervet, honosq́ue locum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Friſia non pulſas quereretur mœſta Camœnas,
Nec ſortem doleat, Cimmeriumque Chäos.
Nullus honos Phœbi ſtudiis, reverentia nulla.
Friſia Barbarico ſub pede merſa jacet.
Ambitio, & rerum Pluto moderantur habenas:
Ingenio excultis Curia rara patet.
Fallor? an hinc miſeros inter Diſcordia Cives
Serpit, & in populum tam mala damna fluunt?
Hinc malè Naſſovio reſpondent Prælia Marti,
Et trux Battavico ſanguine gaudet Iber?
Siſte fugam! noſtros iterum pete Muſa receſſus!
Siſte! ſatis longæ jam mora facta viæ.
Muſa mane! Tibi nunc priſcum inſtauramus honorem,
Et redit amiſſum, quod fuit ante, decus.
En tibi Myſta ſacer: Lauro redimitus opimâ
In tua qui Victor ſacra, laremq́ue redit.
WYCKELIUS Patriæ tenebras & nubila pellet,
Et Muſis iterum jubila læta dabit.
Friſia ſub tali Tutore, & vindice tuta
Pauperiem nullo tempore læſa feret.
Gratulor Auſonios Patriæ, Phæboque Triumphos,
Æternùmque tibi vivere, Amice, precor.

Me-

Memoria Mortalitatis

Relicta in triſtem, immaturum, & inſperatum Obitum, Strenuiſſimi, Nobiliſſimi, Præſtantiſſimi Viri

EVARDI ab HAREN.

Militiæ Friſicæ Capitanej Exercitatiſſimi. Qui in Flandria cum Hoſte Hiſpano fortiter dimicans, glorioſè pro Patria vitam amiſit, IX. Kal. Jul. 1640.

STULTE! quid ſeræ tibi polliceris
Terminum Vitæ? fugientis Ævi
Quid cupis centum numerare ſoles?
Et Patris raram Pylii Senectam
Ducere ſperas?

Vana! ceu Fumus volat hinc in auras:
Hora ceu primam ſequitur ſecunda:
Fluctus ut fluctum ruit in priorem:
Sic dies noſtros citiore Fata
Funere mulctant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Cernis, ùt cano decorata flore
Vere mox lapso ſtetit arbor? Heu! quot
Perdidit fructus Iovis ignis, alto
Miſſus à cœlo, & crepitante mixti
Grandine Nymbi!

Non ſecus primo Pueri ſub ævo:
Et vigens Fervor mediâ Iuventâ:
Robur & pollens animi virilis,
Tollitur lethi rabie, & Senectæ
Non videt annos.

Cum tibi vultu bona ſors ſereno
Ridet, & major ſteterit voluptas,
Vota nec quicquam tua fallit, iſtâc
Luce, mors ſtricto ſociata telo
Vulnera figet.

Vita quàm fallax hominum fugaxq́ue!
Omnibus mortem tolerare lex eſt:
Nemini tempus tumuli pateſcit:
Non Dies ullus: manet Hora nulla
Libera Buſto.

Sive nummorum locuples, abundes
Attali Gazis, Lydioque cenſu;
Sive Rex alto Solio gubernes
Subditos, Conſul teneaſquè avitum
Culmen Honoris;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Mors tamen ſummos furibunda faſces
Deſtruet: nec Divitiæ, nec ampla
Dignitas addent tibi longiora
Fata. Deſpecto fera Mors adæquat
Sceptra Ligoni.

Sit tibi culti ſpecioſa Vultus
Dignitas: ludant humeris capilli
Aurëi: morti tamen omne debes:
Atque eris diris Tumuli ſub umbrâ
Vermibus eſca.

Non ſagax mentis, cerebrique Virtus;
Lingua non ſpirans Latium diſertum;
Non pedes curſus faciles ad altos;
Non manus bellis agiles retundent
Spicula mortis.

Unus exemplo probat hoc EVARDUS
HAREN! ad cujus poſitum Feretrum
Civitas omnis lachrymatur; & nos
Fundimus præſens celeri Camœna
Carmen ad urnam.

Sors favens, illi dederat fruendum,
Quicquid in terris recidit beatum:
Quicquid ex voto cupiebat, amplas
Corporis dotes, animique dona
Splendida habebat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Huic erant ſanæ, validæque vires
Atque pubeſcens roſeo juventus
Flore, ceu Titan, fugiente tetrâ
Nocte, ſplendebat nitidæ venuſta
Gratia formæ.

Hunc Genus clarâ radians Avorum
Luce tollebat ſuper omne vulgus.
Primus armatæ titulus cohortis,
Atque honos campi, virideſque lauri
Hunc decorabant.

Hic tamen lucis ſpoliatus aurâ,
Cogitur triſtes tumuli ad cavernas
Ire. Non virtus, Pietas, Triumphus,
Stemma, nec Vultus potuit fugare
Vulnera mortis.

Quiſquis es! Mortis citò diſce leges.
Mors venit falſo, tacitoque paſſu:
Nunc HAREN: mox Tu: morietur ille
Cras. Dies nulli data certa: Nullum
Tempus in Arcâ.

Quiſquis es! Vitæ bene diſce normam.
Vive ceu mox jam moriturus eſſes:
Tunc, licèt præſens ſteterit periclum
Mortis, ad Cœlum, velut EVERARDUS
HAREN, abibis.

In triſtes Exequias,

Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimique Viri,

FRANCISCI à JONGEMA,

Reipublicæ Friſiæ Senatoris Supremi.

JONGEMA Friſiaci Præſes Princepsque Senatus
Occidit! heu! noſtro fata dolenda Foro!
JONGEMA famoſis titulis præclarus Avorum,
Et bene fumoſis cinctus Imaginibus.
Occidit! & tumulo terræque abſcondit in antro,
Quod Genus & Virtus Nobilitasque dabat.
Occidit! integritas Morum, Doctrina, Fidesque:
Olim quæ pretio dignaque laude fuit.

Occidit! innocui Spes & Tutela Clientis:
Hoc uno multam perdit Egenus opem.
Curia purpureos jam nunc ſuſpende lacertos;
Sordidus obſcuret Corpus & Ora color.
Et mecum largas, juſtasque effunde querelas,
Hoc decet! hoc urgent! triſtia buſta viri.
Vix unum obduxit vulnus rellicta cicatrix,
Altera quin redeat pœna, malumque Tibi.
Cernis? ut hinc necdum ſex Titan fecerit Orbes.
Sex tamen à veſtrâ diruta Fulcra Domo?
Adſpice mortales miſeros defuncte *Senator*;
Ut nos in mundo triſte fatiget onus!
Eſt Tibi parta quies mediis Paradiſidos hortis:
At nos transverſos Ambitus urget iners.
Felix! qui tali permutat ſede penates,
Et coram Magno Numine lætus ovat.
Quod ſupereſt, Te *Chriſte* precor, da, *Curia* noſtra
Floreat in ſeros continuata tecta dies.
Et repara fracti præſentia Damna Senatus,
Roſtraque nunc repetat Vir viduata Bonus.

IN

IN TUMULUM

Magni viri Senatoris

GELLIJ à JONGESTAL.

QUI premis hæc pedibus ſacra marmora, ſiſte *Viator*,
Siſte gradum, & magni percipe fata Viri.
Ingenio, Cenſu, Doctrina & Summus Honore,
Divinâ Legum dexteritate valens,
IONGSTAL in hâc urnæ tumulatur GELLIUS umbrâ,
Cujus Virtutem non tamen umbra tegit.
Cedo; pares numeret ſibi *Curia* noſtra CATONES;
Majorem inveniet *Curia* nulla Virum.
Hæc Friſiis poſt fata tamen ſolatia reſtant:
Quod, *Cognate*, *Patris* jure, locoque regas.

DECISIO

Feretrariæ Quæſtionis

Motæ inter juvenes Advocatos Friſ.

QUo ruitis Fatres! quæ vos Dementia vexat?
Non pudet has lites ſuſtinuiſſe leves?
Prælia miſcetis vos inter; Prælia mortis;
Prælia, quæ ſunt, quàm lana Caprina, nihil.
Prælia quæ Manes Defuncti, credite, turbant:
Prælia Sartores quæ deceant humiles.
Hoc agite! & pulchris indicite bella Puellis,
Qui potior veſtrûm Cuſpide, victor eat.
Sic decet! inque iſthoc intendite pulvere nervos!
Præmia militiæ victa Puella dabit.
Utraque pars mittat litem, quæ cœpta moveri:
Sin ſecus, hoc cudet Curia judicium:
Qui non deſiſtet Verboſis litibus, illi
Non dabitur cupido pulchra Puella toro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Lachrymæ Funebres,

IN TRISTES EXEQUIAS,

Magnifici, Spectatiſſimi Domini,

D. GULIELMI à VIERSEN,

Nuper, inter Ordines Confœd. Prov. Generales, Delegati.

Fuſæ Honori & ſolatio ampliſſimæ Domus VIERSENIÆ.

HEU mihi! quid tantus patriâ ploratus in urbe,
Mali portendit ominis!
Nil præter lachrymas, gemitus, ſuſpiria, planctus,
Sonant in *Leowardia.*
Quò mea converto ſpectantis lumina vultus,
Dolor oberrat oculis!
Non octava Domus vigili ſtat aperta feneſtrâ,
Diemque læta recipit,
Sacra Dei reſonant triſti Delubra dolore;
Pioſque mœror occupat.
Curia, magnifici Sedes ſuprema Senatus,
Tota fluit in lachrymis.

Alternum video Civem volitare per urbem
Nigro tectum velamine.
Orborum miſeranda Cohors conqueſtubus auras
Implet, optans ſolatium.
Pauper in extremo vitæ diſcrimine ventrem
Cibo placare negligit.
Heu mihi ! præſentem quæ perdita cauſa dolorem
Heu! creat meis Civibus!
Dum miror, Fontemq́ue mali quæro anxius, Ecce
Atra me accedit Præfica ;
Et mihi VIERSENII GULIELMI Funera pandens,
Has dedit ore Lachrymas :
Neſcie, Tene latet patitur quod Friſia damnum
Morte Patris VIERSENII!
VIERSENIUS, Generis ſtipes fæcundus aviti
Clauſit extrema lumina.
VIERSENIUS, cui Nemo pares geſtavit honores,
Et meruit in Friſia;
VIERSENIUS. Quo non alter majoribus auxit
Muneribus Rempublicam;
VIERSENIUS Pater Orborum, Solamen Egenûm,
Et Viduis Perfugium;
Occidit! & ſecum terrarum condit in alvo
Piæ virtutis Decora.
Non ſecus ac Trojanus Equus, quem Græcia finxit,
Arma viroſq́ue protulit;
Sic à VIERSENIO innumeri venêre Nepotes,
In quibus ſalus Friſica.

Ni-

Nititur, & multos durabit firma per annos;
Licet arrodat Invidus.
Illum Fata Virum gelidas rapuere ſub umbras!
Virum non comparabilem!
Omnibus hinc lachrymæ! Dolet illum quilibet Ordo!
Parentem quævis Dignitas!
Ergo age, nobiſcum ſocio comitare dolore
Triſte funus VIERSENII.
Dixerat: & totam complens ululatibus Urbem
Cuivis triſte hoc nuncium
Indicat, & pullos, lachrymarum ſigna, colores
Iubet monetque ſumere.
Cor tremit, ora rigent, lachrymas emittit ocellus,
Ut auribus percipio
Triſtia de Tumulo VIERSENI nuncia Patris;
O nimis dira Nuncia!
Certe! Animus cecidiſſet inops, vitamque dediſſet
Qui regit oſſa Spiritus;
Si non Ira meum ſuperaſſet juſta dolorem,
Ira! quæ nunquàm finiet
In mortis ſævire vices, Fatique furorem
Carminibus proſcindere.
O Fatum crudele nimis! Crudele Sororum,
Quo cecidit Arbitrium
VIERSENIUS! Cujus virtus pietasque fidesque
Neſtoris annos meruit!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Immaturum Obitum, *Nobiliſſimi, Strenuiſſimi* D. TITI ab OCKINGA, *Friſ. Milit. Capitanei excellent. poſt ſubactum Gennapium in Expeditione Flandricâ Middelburgi Zeland. placidè defuncti. Sext. Id. Sept.*

FAMA, quid ad noſtras mendax dilaberis aures,
De TITI referens nuncia ſcæva Nece?
Non tibi danda fides tam triſtia fata ferenti:
Quippe ſoles multùm fictaque falſa loqui.
Illene! cui nondùm quintus vigeſimus annus
Ceſſit, & ætatis Ver Juvenile viret;
Cui viget Herculeo præſtans in corpore robur,
Et ſtat in invicto pectore firma fides;
Qui quondàm Hiſpanos ſuſcepit Dentibus ignes,
Riſit & obverſis vulnera luminibus,
Illène ſe Morti victum daret? Ille ſub Orci
Tam citò deflectat colla, manusque jugo?
Nil minus! En! teſtis quæ nuper epiſtola miſſa
Gennapiæ narrat parta tropæa Domus:
Narrat, ut ex dubio belli diſcrimine vitam,
Et tulerit ſalvum Victor ab hoſte caput.
Ergo age, *Fama* procul noſtris de finibus exi,
Et nova de TITO fer meliora mihi.

Af-

Affer honoratos peperit quos marte Triumphos;
Arma ſub Auraico dum tulit ille Duce.
Dic, quoties Hoſti ſpolium detraxit opimum?
Et quot cordatos abſtulit haſta viros?
Tempore quo ſperet ſatiatum cædibus enſem
Condere. & ad Veneris Sacra redire Domum.
Tolle moras! abitumq́ue para! multamq́ue ſalutem
TITO redde meo nomine, tolle moras!
Fama manet, reditumq́ue negat, ſua nuncia vera
Jurat, & irata eſt, quod ſibi nulla fides.
Interea dubias dum mens coquit anxia curas,
Atque inter fluctus ſpeîq́ue metusq́ue natat:
En! ſequitur Tumulus, quo TITUS clauditur, Eheu!
Eheu! prædicti Nuncia vera mali.
Scilicet in lætis mentitur *Fama* novellis:
Triſtia cum portat, vera nimis loquitur.
Ut te poſteritas cognoſcat TITE, ſepulchro
Hæc jubet inſcribi Carmina *Fama* Tuo:

HAC victor victusque cubat tumulatus arenâ;
Armis victor ovans, Funere victus obit.
Quem non Hiſpanum potuit ſubvertere ferrum;
Illum Mors triſti ſubdidit atra jugo.
Cui toties plauſit Victoria digna triumpho;
Hic Terræ Spolium; Vermibus Eſca jacet.
Mars Homines, ſuperat Martem Mors: non fuit ullus
Qui potuit Mortis ſubdere Regna ſibi.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Tumulum,

Doctiſſimi, Conſultiſſimi, Præſtantiſſimi Viri-Iuvenis,

D. HARMANNI POTTHER,

I. U. D. & Supremæ Friſ. Curiæ ADVOCATI.

ERGÓNE perpetuo me Mors ſcelerata laceſſis
 In triſtes Elegos perdere jura fori?
Cauſa Reûm, Domino litis mihi credita, poſcit
 Ut ſibi, non aliis cura, laborque vacet.
Sed te tanta manet diri truculentia fati,
 Ut nequeat triſtes Muſa tacere modos,
Pallida vix plenum confecit Cynthia curſum,
 Inque Hyemem pauci præteriere Dies;
Præſide cum viduata tuo Themis alma dolebas,
 Stabat & in caſum Curia prona ſuum.
Ipſe Ego cum lacrymis in triſtia funera plango,
 Et ſequor ad ſacrum corpus & oſſa locum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

reditu do vota Deo, ne triſtis Erynnis
Majori afflictet Rura paterna malo.
dent Fata preces noſtris contraria votis;
Dantque novam ſalſis Materiem lacrymis.
rgit in Aönias Mors exultare Camœnas,
Et rapit in ſpolium *Palladis* arma ſibi.
on illam Pietas, noc docta Modeſtia flectit,
Non curat faſces, Iuſtiniane, tuos.
lim carminibus licuit protendere vitam:
Iam nullus Numeris, Carminibuſque locus.
ſe ſuis ludat fidibus divinus *Apollo*,
Attamen ad Stygios ibit *Apollo* locos.
OTTHER Romanæ non infima gloria linguæ,
Eloquioque potens ingenioque valens;
OTTHER cui bini fuit experientia Iuris
Et præſtans legum cognitione caput;
une etiam ſub triſte jugum, mortiſque catenas
Flectis ad arbitrium corpus, & ora Stygis?
ilicet infœlix lolium dominatur in agris;
Et bona proventu deperit Herba malo.
OTTHER tu moreris doctas exculte per artes,
Nec datur in Patriæ vivere poſſe bonum:
etera digna mori de Fatis Turba triumphat,
Annumerans lætos ad tua buſta Choros.
eu! quàm diſparibus moderatur legibus orbem
Impia Mors! curat jura vel æqua parùm.
ui digni Pylios vitam proferre per annos,

Sub

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Sub primo vitæ flore ſepulchra petunt.
Ignavum Pecus & Terrarum pondus inane
Vivit in extremos Neſtoris uſque Dies.
Fallor? an Aöniis venit exoptanda Camœnis
Et pretii Doctis Mors erit atra loco?
Phœbe jaces vulgi pedibus calcate ſuperbis,
Atque in ſquallenti pulvere verris humum.
Non datur ex meritis ad publica munera ſedes,
Illam muneribus Barbara turba premit.
Et tantùm in terris Regina Pecunia regnat;
Cui Famulus ſervit ſpretus *Apollo* Deæ.
Sis, licet, ingenuâ *Corydon* nulla arte politus;
Adſciſcas laurum munere, *Doctor* eris.
Lictores referas abjectâ in ſtirpe parentes;
Divitiis poteris Nobilitare genus.
Auro venit Honos; Auro loca celſa Senatus
Spectatique Fori Munera prima patent.
Et formoſa *Venus* rutilanti ſubjacet Auro,
Non metuens Domini Corpus & ora nigri.
Ipſaque ſubſternit fulvo ſe Eccleſia fuco:
Sat pius es, modò ſat Dives habere potes.
Prodeat in medium multâ venerabilis arte,
Et rerum arcanâ cognitione *Sophos*;
Qui ſex *Muſarum* complevit luſtra ſub umbris,
Qui non ſudorem, frigora non metuit;
Quique facultatum diſpendia maxima fecit:
Ut ſibi Palladias accumularet opes;

Pro-

rodeat Hic; ſtudiique ſui ſolatia ſperet,
Et longi ponat triſte laboris onus.
rede mihi, nusquam patet illi munus honoris,
Sive Fori Spectes commoda, ſive Tori.
mnia Nummus habet, ſunt omnia pervia nummis;
Qui tibi ſi deſint, *Iuſtiniane*, foràs
bis, & incaſſùm pulſabis ad oſtia ſurda,
Stet licet à Dextris Turba novena tuis.
ed, cur tanta datur fatuis reverentia nummis?
Cur doctâ fulvum plus valet arte malum?
n promptu ratio eſt: Sua Munera Munera ſpectant;
Et lucri cauſam ſuſtinet emptus honos.
cquis in hoc ævo ſpectatos ambit honores,
Ut patriæ tantum ſedulitate bonum
uret, privatis ut publica commoda rebus
Præferat & poſitis urgeat illa ſuis?
arus erit: plures volitant ſuper æthera Corvi,
Quos nivei Cygni candida pluma notat.
Nullus honos petitur, quin maxima lucra reportet,
Quæ ſi defuerint, non honor, aſt onus eſt.
i qua vacat *Clerici* Provincia lauta *Miniſtri*,
Hanc pretio & precibus mille petunt Domini.
mò ipſe à Cœlo migraret Iuppiter alto,
Traderet & *Socio* Regia ſceptra *Deo*,
Si modò *Mercurii* calamum curare liceret,
Et *Marti* auratas ſcribere *litterulas*.
Nec tantùm à niveo virtus arcetur honore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Et ſedet in ſummo culmine Barbaries,
Sed dolor! illa Viris datur irreverentia doctis
Ut mundo vivant Fabula, Ludibrium.
Si quem forte vocat divina ad plectra *Poëtam*
Et jubet Aöniam Muſa ſonare Chelin,
Omnibus eſt odium: petit hunc injuria mordax,
Surgit in illius quilibet ordo caput.
Non Nux juncta viæ, Mulier devincta Tyranno,
Quas totum la ſſant verbera, verba, diem.
Plura ferunt, quàm vera canens & cognita *Vates*:
Quamvìs dicta ſacris congrua literulis.
Non licet in quoquam vitium culpare *Sceleſto*,
Digna licet triplici crimina morte ferat.
Non tutùm ſuadere bonum: Reſpublica nutet,
Et tuta poſſes voce juvare, tace.
Si contrà mutis, cum carcere vincula terrent,
Poſtremò patriis finibus Exul eris.
Ergò felices Animas multumquè beatas!
Quæ Tecùm POTTHER cælica regna petunt.
Si non in terris maneant ſua præmia Doctos,
Et faſtiditur de grege *Muſa* rudi;
Dignior in cælo Sedes Merceſque repoſtâ,
Et dabitur ſuperis Gloria juſta locis.

LACHRYMÆ,

In Præmaturum Obitum, Doctiſſimi, Conſultiſſimi Viri-Iuvenis,

D. REGNERI à JEPEMA,

I. U. D. & coram Sup. Friſ. Curiâ Advocati digniſſimi,

IEPEMA ſacræ *Themidos* Alumnus:
IEPEMA Muſis Decus æſtimandum,
IEPEMA vitæ Speculum innocentis;
Occidit: heu! heu!

Cui dedit Leges bene noſſe Cæſar:
Cui ſacram Juris reſeravit Aulam,
Ille, florenti Iuvenis ſub ævo,
Occidit: heu! heu!

Tullius cujus reſonabat ore:
Cujus in linguâ reſidebat *Orpheus*:
Ille, cum dulci Venere & lepôre,
Occidit: heu! heu!

Qui Deùm verâ pietate amavit:
Quem Venus nunquam furioſa flexit:
Cui ſtetit vitæ ratio modeſtæ,
Occidit: heu! heu!

Quàm ſcatet multis Hominum periclis
Vita! Mortalis miſerè, in labore,
Spe,

Spe, Metu, Curis, Gemitu, Dolore
Tranſigit ævum.

Non vacat luctu puerilis ætas:
Sera mœrores tibi dat Senectus:
Es miſer natus: Miſer atque Mortis
Iura ſubibis.

Splendidi Mœror comes eſt Honoris:
Et Dolor celſis habitat ſub Aulis:
Ipſe nec Princeps, Mare ſummus altum
Et regat Indos,

Liber à Curis requieſcit atris.
Tela nunc ſævi metuens Iberi:
Damna mox dulci Patriæ propinqua
Pellere tentans.

O! nimis fallax Hominis Cupido!
Quâ ſibi ſeros vovet uſque Soles,
Triſtibus tergo procul à remotis,
Otia vitæ!

Nonne Primævos Hominum Parentes
Novimus Terræ coluiſſe glebas?
Atque in extremo peperiſſe luctu
Pignora Mundi?

Hæc fuit rerum Facies ab uſque
Dum ſtetit mundi ſpatioſa Tellus:
Hæc erit rerum Facies ad uſque
Ultima Sæcla!

O ni-

O nimis felix Homo! Qui remotus
A Fori vixit ſtrepitu maligni;
Quique contentus propriâ peregit
Tempora ſorte!

O nimis felix Homo! Qui decenter
Pectus inſignes coluit per Artes;
Qui novem Muſis ſolidè litavit
Et bene vixit.

Ille, ſeu vento fruitur ſecundo,
Sive Fortunæ patitur procellas,
Non movet plus ſe, ſcopulus vel altis
Pulſus ab undis.

O nimis felix Homo! qui beatam
Excolit vitam pietate ductus:
Et ſibi quærit peritura nunquam
Dona ſalutis!

Obruant illum Dolor & Labores;
Sæviant contra Satanæ Furores;
Stabit! & ſolo Domino, Deoque
Reddet Honorem.

O nimis felix Homo! qui fugaci
Diſcit in Vitâ nihil eſſe firmum,
Quique diſponit tumulo paratam
Remque Domumque!

Ille, ſeu lento pede Fata repent,
Seu cito Mortis properabit hora,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Non erit cæcis tumuli in cavernis
Territus unquam.

Quid doles Fratris Tumulum minoris
IEPEMA, Nobis reverende, Major?
Te decet forti tolerare mente,
Fata quod urgent.

Frater emenſus Scopulos, Charybdes,
Quicquid & cæci latitat pericli,
In proceloſo, tumidoq́ue triſtis
Æquore Mundi.

Non Cliens triſtii, rigidoq́ue vultu
Turbat intentum ſtudiis ſacratis.
Non magis lites boat inter aures
Ruſtica Turba,

Ceſſit, indulgens ſibi, dirus Hydrops;
Qui illius corpus miſerè exaravit.
Et malo, Frater, fruitur quiête,
Liber ab omni.

Angelos inter medios beatus
Ad latus Chriſti loca ſancta cœli
Incolit Frater. Procul inde ſtabunt
Fata, dolorq́ue!

O Homo felix, nimiumque felix!
Vita cui Mors eſt: Torus & Sepulcrum.
Fata qui poſcit, per ut omne Sæclum
Vivere poſſit!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Poëmata

VRBANI OCTAVI,

PAPÆ ROMANÆ,

LEGIMUS URBANI Divina Poëmata *Papæ*,
Mirati in *Sancto* Cælica dona *Patre*!
Plaudite jam *Vates*! Vobis patet aurea Coeli
Janua! Nam *Claves* PAPA POËTA regit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Obitum Filioli

Ampliſſimi, Magnif. Conſultiſſ.

D O M I N I,

AELARDI PETRI à IONGESTAL,

Curiæ Friſicæ Senatoris.

FALLOR ? an extremo gemis in mœrore Senator;
 Fataque deploras triſtia Filioli ?
Confiteor ! gravis ille dolor ! cum Maſcula Proles,
 Quæ fulcit clarum Stemma Genuſque, perit.
Inprimis quam tanta manent æraria Cenſus,
 Quamque manent Virtus, Gloria, Fama, Decus.
Sed, dubitare licet : num ſit felicior ille,
 Qui vitam ſeros perdidit ante dies.
Multijugis hominum vita eſt obnoxia curis.
 Ætatis ſentit pars ſibi quæque malum.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Infantem obſervat tenerum cuſtodia Matris,
Dum poterit tutò ſiſtere in orbe pedes.
Deterret rigidi Pueros cenſura Magiſtri:
Quod ſæpè ingenuum ſupprimit ingenium.
Millenis Iuvenis perluſtrat caſibus orbem.
Hunc Venus, hunc Bacchus, perdidit, hunc gladius
Iam fecit te Barba Virum: ſtat laurea fronti.
Non tamen in tutum ducta carina vadum.
Invidiam pateris: famæ diſcrimina; damnum:
Et quicquid damno triſtius eſſe poteſt.
Scilicet! extremam durat labor uſque ſenectam;
Dum tandem Matri reddimus oſſa nigræ.
Hanc miſeram vitæ faciem, pars magna Senatus
IONGSTAL, in cœlo Filiolus ſuperat,
Iſtìc mundanos cum Numine ridet honores:
Et fragiles ſpernit, quas habet orbis, opes.
Iſtìc Angelicos agit inter gaudia cætus;
Gaudia quæ nullo ſunt moritura die.
Ergò age! cum chara componas Conjuge luctus,
Fœlix, qui tali ſorte beatus ovat!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Obitum

Ampliſſimi, Conſultiſſimi, ac Doctiſſimi Domini,

SUFFRIDI à SAACKMA,

I. U. D. Et Prætoris in Dantemadeel *ſtrenuiſſimi.*

SAKEMA Parnaſſi non infima gloria collis,
Atque inter ſacrum lux veneranda chorum:
Hâc dubiâ rerum nos tempeſtate relinquis?
Conſilio privans publica roſtra tuo?
Quem Graii nuper fecerunt ore rotundo
Vera loqui, & nullis diſſimulare notis;
Nunc ſilet, & tenebris immergit ditia linguæ
Munera, Romano munera digna foro.
Sæpè graves caſus', ſæpè irreparabile damnum,
Ploraſſes Friſii Patria chara ſoli;
Conſilio ni dexter opem tibi SAACKMA tuliſſet;
Unus qui multis SAACKMA medela malis.
Non illo Muſæ torpent Autore, ſiletque
Franagriis quondàm clarius Eloquium:
Hiſtoriis plenam ille fidem, lucemque dediſſet,
Si non *Hiſtorias* ſcriberet *Aucupium.*
Corruptos ſecli mores & tempora ſcæva
Hunc licitis juvit prodere ſæpè jocis.
Et commune bonum patriæ ſuadere, ſuoque
Exemplo ad priſcum *Jus* revocare decus.
QVod mirum! & noſtro contingit rarius ævo,
SAACKMA Salus Populi, lex tibi prima fuit.
Ergo agite! in luctus mecum deſcendite *Cives*:
Et lachrymis *tanti* buſta rigate *Viri.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Exequias,

Nobiliſſimi, Graviſſimi, Clariſſimi, Doctiſſimi, Acutiſſimi, Expertiſſimi,

Domini, Senatoris, Legati, Iuris-Conſulti, Theologi, Linguiſtæ,

EPEI ab AYLVA.

AYLVA tui Generis primum Decus! AYLVA Senatus
Gloria! Palladii lux veneranda Chori!
Cur mundi vitæque ſatur, pro Sole ſepulcrum
Appetis, & cœca vis latitare Domo?
Cur faſces clavumq́ue, dedit quem Curia, latum,
Faſtidisve piis dicere jura reis?
Cur tantas contemnis opes, cenſusq́ue *Parentum*?
Atque *Hæres* multi reſpuis eſſe ſoli?
Sæpius in patrios conjurat Filius annos:
Te pro *Patre* juvat fata ſubire *Sene*?
Rumpit amor nummi charorum pectora *Fratrum*;
Tu *Fratri* donas, quas dedit orbis, opes?
Præſtaretne, piæ ſolari *Conjugis* ora:

Quam lachrymis cauſas mille dediſſe novis ?
Præſtaretne *Patri* ſupremum claudere lumen ;
Quàm *viduum* in lentâ linquere morte *Senem* ?
Te *Patrui* revocant ſacris *Prætoria* votis :
Qui novus â curis nunc tibi reſtat honos.
Ergo age ! ſiſte gradum ! procul haud fuge Dive *Senator*!
Ad Patrios , pulſâ Morte , reverte Lares !
Fallor ? an ex alto vox depluit æthere , tali
Qui mea reprêndit carmina vana ſono :
O cœcas hominum mentes ! Dementia Vatum
Pectora ! quæ verſu flectere Fata volunt :
Ferrea nec precibus , nec vi Decreta moventur
Fatorum . Fatis ſubjacet omnis Homo.
Et ſua qui nuper perſolvit debita Fatis ;
Huic patet ad mundi Ianua nulla viam.
Ergo age ! ne turba manes , quos AYLEVA paſſus :
Sacraque Fatorum nec violare velis :
Illud habe ! Totus non clauditur AYLVA ſepulcro :
Pars melior ſedes incolit ætherias.
Et ſtellas inter micat ejus Fama comantes :
Fama polo vivet , nec moritura ſolo.
Corpus humi ſtratum : mens cælica regna pererrat :
Dignior hæc ſedes quàm mala Terra fuit.
Terra dedit morbos : dedit illi Terra labores :
Illique in terris cura moleſta fuit .
In Cœlo requies , Doctrinæ prœmia , laudes
Virtutum , priſcæ ſimplicitatis honos.

In-

Ingens luctus,
IN OBITUM
Magni Viri, Nobiliſſimi Domini,
HOBII ab AYLVA;
Ordinum Deputati, & Curatoris in Patriâ Friſiorum Academiâ.

NUPER in EPEI mea magni funera queſtus
Muſa dedit: Muſæ funera ſæva meæ!
Lugebat, cœlique Patrem, cœlumque rogabat,
Ne magis eveniant tam mala fata ſibi.
Et necdum à tanto requievit Muſa dolore!
Siccaque ſunt lachrymis lumina præterïtis.
Impia ſed rident, quas fudit, Fata, querelas
Dantque novam ſalſis materiem lachrymis.
En! ſequitur Natum ſinceri cura Parentis;
Qui ſua dat ſocio membra locanda loco.
HOBBIUS AYLVANI Fundator & Autor honoris,
Deſerit *Aylvanam*; quo ſtetit illa, Domum.
Nec ſaltèm dolet iſta Domus; ſed *Friſia* tota,
Conſilio tanti nunc viduata Viri.
Ordo Patrum, lugete Patrem: lugete Patronum!
Occidit ille ix Dux columenque Virûm!
Pallas! honorificis quem *Franica* ſervat Athenis,
Te *Curatoris* funera dira premunt.
Nec leve tu pateris mœrens *Eccleſia* damnum:
Ille tui periit Tutor Honosque gregis.
Quod reſtat, finem duri concede doloris
Chriſte, nec AYLVANUM concidat omne Decus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

ULTIMUM VALE,

Graviſſimi, Conſultiſſimi, & Doctiſſimi Senatoris,

D. CORNELII KINNEMA.

ERGO quies nulla eſt Fatorum, atque excipit urnam
Urna ſequens? dantur funera funeribus?
O *Themidi*, o! maledicta dies! inviſaque Nobis!
Quâ mors cum vitâ certat ob imperium.
QVâ mors ex tumulo ſumma ad Faſtigia ſcandit,
Auſa *Senatorum* viſere falce chorum.
Heroes duo bis (nondum bis Titan in orbem
Egit equos) vitæ depoſuere jugum.
Grouſtenij pietas, fido ſociata labore,
Cogitur invitis funera ferre Reis.
Ayleva quo nunquam majorem Friſia fovit,
Doctrinam ſi quis ſpectet & ingenium;
Cum ſocio manes patitur *Buttinga* dolendos;
Et poſt ſe linquit fata ſiniſtra Fori.
KINNEMA jam ſequitur, quo non inſignior alter

Vir-

Virtute, & purâ ſimplicitate fuit.
Ipſa oculis probitas huic elucebat apertis:
In niveis ſtabat candor amorque genis.
KIÑNEMA mens recti tibi conſcia: neſcia falſi.
QVàm bene curaſti Iudicis Officium!
Non per fasque nefas tibi plena æraria turgent;
Ex dote, & cura res fuit ampla domi.
Sobrietas ſuprema fuit tibi & una voluptas:
Pauperibus multo munere largus eras.
QVærebas patriæ, patria ex virtute, ſalutem;
Turbaque, quæ hic fervet, civica; luctus erat.
QVàm durum eſt tales putrido mandare ſepulchro;
QVorum eſt in Patrio gloria vita ſolo!
Sed fruſtra in Fati conſurgas juraque leges:
Ferre decet Fati quod jubet imperium.
Hoc age: vive piè, ceu vixit KINNEMA, vives
Æternos, famâ non moriente, dies.
QVod ſupereſt, *Deus Alme*, Poli compeſce furores!
Ut placidè currat per mare cymba Fori.
Fac citò conſidant Acherontis in æquore fluctus;
Gaudeat ut portu, poſt mala *Nauta* novo.

SOLAMEN
AD
HISKIAM ab AYLVA,
Jure, cum Prophetâ, triſtem de caſu Mariti,

Bellicoſiſſimi Herois,

Nobiliſſimi, Strenuiſſimi,

GERARDI à LOO,

Capitanei imperantis, qui victor, pro Patriæ ſalute, in obſidione Hulſtiæ corpus & animam obtulit.

MILITIS infelix ſors eſt. Sors prona ſepulcro:
Sors, quæ perpetuis eſt ſociata malìs.
Ut jugulet, ruit in campum: juguletur an ipſe
Neſcius: Innocuo ſanguine ſæpe madet.

Chara

Chara domi eſt Uxor. Poſt an viſura Maritum,
 Neſcia. Continuus rodit utrumque metus.
Hoſtibus ille caput credit, ſperatque triumphum.
 Sæpe caput fallit credula ſpes miſerum.
Illa preces ad ſacra Dijs altaria fundit.
 Ut redeat victor Vir; redit in feretro.
Et mutat triſti ſperata tropæa dolore.
 Baſia non, dolor ô! putre cadaver adeſt.
HISKIA, ſors hæc eſt, quæ Te manſitque *Maritum*,
 Infelix iſthac HISKIA ſorte doles!
Sed minuant ſortis cæli decreta dolorem:
 Sors tibi, ſors Nobis, omnibus una, mori.
HISKIA non triſtis, ſed ſit mors læta Mariti.
 Vivit, pro patria qui ſua fata dedit.
Si non *Auraico* vitam, ſortemque dediſſet,
 QVis ſcit an *Auraicis* HULSTIA capta foret
Auraicis paret nunc HULSTIA victa triumphis:
 Lætus Io! victor LOO ſuper aſtra canit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

MANIBUS

Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, ac Doctiſſimi

D. HORATIJ MEINSMA

I.U.D. Et Senioris Coram Sup. Friſ. Curiæ Advocati.

MEINSMA Nobilibus nate Parentibus
Quos Virtus, Pietas, & Sapientia,
Fecit perpetuis nomina ſæculis
Famam & linquere poſteris.

MEINSMA, non Proavûm degener artium
Cui Pallas, Themis, & turba Sororia,
Ad menſas ſuperas otia fecerant:
Quem virtute beaverant.

MEINSMA, divitibus ſplendide Dotibus
Centum cui Domino jugera ſubjacent;
Et ſervo totidem de grege Ruſtici
Sectabantur honoribus.

MEINSMA, cui villageſt *Filius* unicus
Quem vidit, Ligeris, Rhenus & Arraris

E

t faſtu tumido Roma potentior
Præſtantem ſapientiâ.

m vitæ ſatur & luminis, æthera
upremi Ducis adſcendis in arduum,
ellinquens ſoboli munera terrea,
Plus terrâ tibi poſſidens.

n cœlo titulis nobilioribus
plendemus: cruce qui, *Chriſte*, tuâ nitet,
lus ſtultâ generis ſplendet imagine;
Splendet plus Equitum ordine.

Tu FRATER, viduo qui recubans toro,
Amiſſâ lachrymas Conjuge duplicas
Ex Fratris tumulo, ſit modus imbribus:
Sit finis querimoniis.

Omnes inſequimur Funus Homunculi;
Et terris iterum corpora reddimus.
Sic dixit Patribus lex adamantina;
Lex hæc dicta Nepotibus.

Hoc charæ monuit mors cita *Conjugis*.
Hoc *Matris* docuit ſerior exitus:
Hoc *Frater* tibi dat credere, & ipſemet
HECTOR Marmora reſpicis.

Soleris Viduæ triſtia Pectora;
Et devincta tibi ſanguine Corcula.
Cunctis queîs valeas viribus erige,
Ut non queſtibus occidant.

Pro-

Proponas Hominum ut vita fugacior
Euro, qui liquidum pervolat æthera;
Quod ſit purpureo flore caducior,
Qui ſub veſpere concidit.

Vanum Coporeo fidere robori!
Vanum progeniêi fidere Nobili!
Vanum divitiis fidere mollibus!
Terris omnia debita.

Tu *Fili* patriæ quem Decus indolis
Extollit, lachrymas deſine fundere,
Et forti tolera mente quod improba
Nolunt Fata reſolvere.

Dic *Matri* ut gemitu ſe cruciet minus;
Exſpectetque diem, non procul, ultimum,
Quando juncta Viro, jam bene mortuo,
Nectet Cœlica gaudia.

Solamen cupidis redde *Sororculis*,
Ne plangant nimium Funus HORATII
Patris, qui ſuperis Victor in ædibus,
Sternit prævius orbitam.

Nos, qui marmoreis condimus ædibus,
Corpus conſpicui depoſitum Viri,
Vivamus, veluti cras foret ultimus
Vitæ Terminus, & Dies.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Virum Iuvenem,

Supra ſortis eminentiam provectum,

THEODORUM BAARDT,

Nuper Ordinum Friſiæ Deputatum, jam, & continuò Prætorem Sylveſtrem;

Cum in Uxorem duceret,

Nobilem, Honore, & Virtute Virginem,

VIBRANDAM BOOTSMA.

UNQUAM ſi vixit *Gallinæ Filius Albæ*,
Credimus hac ſola Te Genitrice ſatum.
Arbitriis tam prona tuis Fortuna, beavit
Innumera felix proſperitate caput.
Vexillum Prætexta, regit Prætexta *Cohortem*,
Et prætexta vices *Centurionis* agit.
Proximus ætati nondum, *Prætoris* honores
Suſcipis: Annoſo Munera digna Sene.

Poſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Poſt, necdum pubente genâ, vacat altior Ordo,
  Et Patriæ in manibus frena *Novemvir* habes.
Ante annos, juvenesque dies, Te Friſia *Vatem*
  Et ſtupet Eloquio cudere verba gravi.
Nec ſatis hoc: addit ſua ditia dona *Dione*:
  Unus Tu hac *Diva* dignus *Amator* eras.
Dives opum, Forma excellens, Morata, Pudica,
  Nobilis, in ſocium ſcandit *Amica* Torum.
Et Tecum tantas ſervabit BOOTSEMA Dotes,
  Quarum Heres poſſit ſerior eſſe Nepos.
O Felix ter Conjugium! quater atque beatum!
  Quo ſors, quo virtus, quo bene juncta Fides.
SOSIA, pœniteat præſens ſpreviſſe cubile!
  Cœlica quo cuperet ſe recreare Venus.
Prævideo! *Clauſtri* te frigidus horror habebit,
  Et pro *Baſiolis* pœna *Cucullus* erit.
Intereà, vos jungat amor BAARDT, BOOTSMA, perennis,
  Vobis, inter Vos ſit ſatis *Unus Amor*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Felices Nuptias,

Præſtantiſſimi Viri-Juvenis, I.U.D. & ſolertiſſimi Cur. Friſ. Advocati,

[R]OMBERTI ab OCKEMA,

Ex Senatoriâ Dignitate Nepotis, *Sponſi.*

E T

Decentis, Selectæque Virginis,

[I]ANÆ SIBRANDI IASPERS, SPONSÆ.

OCCUPAT excultam Formâ & virtute Puellam
Iura fori mutans OCKEMA jure Tori.
[Q]uilibet in tacitis licita eſt venatio Sylvis;
Et *Fera* Captanti quælibet eſt propria.
[S]ed quæ Sueta manu, domini ſubducere curis,
Hoc Furti pœnas, & quoque crimen habet.
[U]rbana & mitis, nigrisque incognita Sylvis
Incidit in caſſes; OCKEMA, *Præda*, tuos.
QVod cum jura vetent, quo tu te jure tueris?
Quâ facies IANAM vivere lege tibi?
[I]pſe Pater IANÆ Dominum ſe dicet, Herumque:
Ius vitæ in illam ſuſtinet atque necis.

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Et ſua ſunt per quæ tua retia *Prædia* tendis,
Sic etiam facta injuria multa *Seni*.
Fallor? an hæc reddis ſtupido reſponſa *Poëtæ*,
Irrita non æqua jurgia mente ferens?
Eſt mea quam cepi, quid habes tu dicere contrà?
Et quoque ſupremo jure Puella mea eſt.
Cum primùm me campus habet, cum retia ſolvo,
Sævior immani Tygride IANA furit.
IANA fugit, tenebraſque petit, quæritque latebras
Ut foret à noſtris intemerata dolis.
Sed curſu laſſata diu mea ſpicula ſentit,
Nec potis eſt cœptam continuare viam.
Accedo, vetat illa manu ſe tangier ullâ,
Et contrà noſtras ſauciat ungue genas.
Imperium ſufferre negat, licet omnia vertam,
Et mavult mortem, quàm mea juſſa pati.
Hinc, Fera captantem Dominum ſi agnoſcere debet,
Iuſtè IANA meo vivit in imperio.
Non obſtat, ſi IANA meos nunc curet amores,
Si contra ſolitum deſinat eſſe fera.
Blanditiis, precibus, lacrymis, longoque labore,
Illius effeci mollius eſſe Iecur.
Sic ferus incurvo conſueſcit Taurus aratro;
Et rapidos freno ſic moderamur equos
Sufficit: & IANAM propriam tibi *Sponſe* probâſti,
Nolumus & poſthac litibus eſſe graves.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Duplicatum Funus Chariſſimorum Conjugum, Ampliſſ. D.

IODOCI IONGESTAL,

Conſulis Staurienſis, & Senatoris Maritimi,

E T

Decentiſſ. Piiſſimæque Matronæ,

LEVCIÆ GELDORP,

QUÆRITUR, an toto res dulcior accidat ævo;
QVàm Thalami Sociam conciliare ſibi?
An res humanis contingat triſtior ulnis,
QVàm tumulare ſui pignus opemque tori?
Spem dat Amor: Sperata juvat; majoraque donat,
Quod dat Amor, tollunt improba Fata ſimul.
Hoc didicêre Patres; Patres docuere Nepotes;
Hæc noſtrum eſt primo diſcere fata die.
En! quam junxit Amor mihi cæcâ clauditur umbrâ;
Hinc me ſollicitum non minus umbra tegit.

Ante

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ante torum conjux, metuens ſuprema Mariti
  Funera, continuò concidit exanimis.
Optares nunquam tædam accendiſſe jugalem,
  Et Cypriam votis ſollicitaſſe tuis,
Cum Stygias Conjux rapitur dilecta ſub umbras,
  Cogeris & viduâ triſtior eſſe domo.
Fœmina damnabit primæ cunabula vitæ,
  Et vellet nunquam lumine poſſe frui,
Ut videt horriſonis illum tumularier urnis,
  QVi modò ſub thalamis ſpesque jocusque fuit.
Felices quos una dies conjunxit Amantes!
  Felices iterum quos rapit una dies!
Sic non Præteriti temerantur vota cubilis:
  Nec placidam infeſtat ſæva Noverca domum.
Sic non damna feret fido viduata marito
  Fœmina, ſic omni libera facta malo.
Hæc *Patrui* ſunt fata tui, *Supreme Senator*
  IONGSTAL, hæc *Amitæ* contigit urna tuæ.
QVos ſincerus Amor ſeros conjunxit in annos;
  Hos neque ſejungi dulcia Fata ſinunt.
Felices! ita queîs licuit vixiſſe morique.
  Quippe illis cœli Iauua tota patet.

In

In Auſpicium Felicis Matrimonii,

Doctiſſimi, Conſultiſſimi Iuvenis,

D. *JOHANNIS à VIERSEN,*

I. U. D. & Advoc. Curiæ Friſ. ſolertiſſ. Conſulis Snecani Filii, *Sponſi.*

E T

Decentiſſimæ, Lectiſſimæ, ac Probiſſimæ Virginis.

ELISABETÆ à MARSSUM, *Sponſæ.*

IAM tua VIRSENI ſubmittis colla Dionæ?
Inque Deam, ſacro percitus igne, furis?
QVàm bene! nam miſera eſt ſocia ſine conjuge vita:
Vita ſcatens multis ſollicitudinibus.
Occurrunt vacuo ſæpè horrida ſomnia lecto,
Somnia, quæ ſenſus carnificare ſolent.
Ad latus accingat ſe blanda & dulcis Amica;
Nulla tibi noctis tædia, ſola quies.
Menſa mero, dapibusque tremens, tibi nauſea ſoli.
Simplicis hauſtus aquæ, ſuavia junge, placet.
Si votis inimica tuis Fortuna, levamen
Uxor, in adverſis quæ tibi præſtet, erit.
Si Dea læta, domum, res, & ſperata ſecundet,
Gaudia quæ placidè temperet, Uxor erit.
Uris, & in Veneris propendes fortior ignes?
Uxor erit flammæ ſola medela tuæ.
Hinc felicem VIRSENIUM multumque beatum!

Cui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Cui datur, ut curas diluat, Uxor amans.
Ætati res illa tuæ quoque convenit. Aptum
Ludere, cum præbet ver juvenile jocos.
In Sene turpis amor. Baculo non indiget ille
Parvulus, ad cœli qui volat aſtra, Puer.
Tu juvenis juvenem, formoſam pulcher habebis,
Dotibus hæc præſtat; tu quôque dote vales.
Inſignis notat hanc pietas: Te candida Virtus;
Arte ſapis *Doctor*: Deſipit illa minus.
Æquè illam quàm Te decorant Natalia Patrùm;
Et de Patritiis nobile nomen Avis.
VIRSENIÂ de ſtirpe trahis primordia *Sponſe*:
MARSUMIAM ſignat, ſplendida *Sponſa*, domum.
Ergò Sponſe tenes totâ quod mente petiſti,
Et voti compos factus es ipſe tui.
Iam reſtat riſiſſe parùm: Tu *Sponſe*, *Virum* te
Præſenti præſta nocte dieque novo.
Sic Virtus generoſa *Viri* ſe oſtentet, ut omen
Cum patrio dextrè nomine conveniat.
Quid tu *Sponſa* tremis! *Mars* eſt tibi nomen ad arma,
Quid mora; cur lachrymæ? fac, citò tende manut.
Sit *Sponſo* ceſſiſſe pudor. Deprome pharetrâ
Spicula, nec metuas verba minaſque *Viri*.
Fors nondum oceanum ſurgens Aurora relinquet,
Quin tibi victrici digna Tropæa feret.
Sed, decet ut *Sponſum ſponſæ* linquamus *Amici*,
Sponſe vale, mecum dicite, *Sponſa* vale.

In

In Auſpicium felicium Nuptiarum,

Ampliſſimi, Nobiliſſimi, Conſultiſſimi, ac Doctiſſimi Domini,

PETRI ab HARINXMA,

Friſiæ Senatoris, *Sponſi.*

E T

Nobiliſſimæ, Excellentiſſimæque Virginis,

SUSANNÆ de BOURMANIA,

SPONSÆ.

NUNC tibi læta dies orta eſt, reverende *Senator*,
  Quâ venit ad Thalamos caſta *Suſanna* tuos.
Multi illam petiêre *Proci*; magnique *Dynaſtæ*
  Hoc cupiere ſibi jungere Delicium.
Sed velut alta maris contemnunt littora fluctus,
  Saxaque vicinis non violantur aquis;
Sic SUSANNA Novos, Seroſque repellit Amantes,
  Et juvenis renegat ferre virile jugum.
Sola Tibi ſervans longi medicamen amoris,
  Quo majus nullum Virginitate datur.
O felix bene Conjugium! quo nectitur ulnis
  HARINXMANA Domus, BOURMANIDUMque Genus.
Prævideo, quamvis Fatum fuit hactenus impar,
  Quod reget hæc, etiam quod reget illa Domus.

IN NUPTIAS

Ampliſſimi Prætoris,

D. CAROLI à ROORDA

Friſiæ Ordinum Deputati:

E T

Nobiliſſimæ, *ac Selectiſſimæ*

Virginis,

LUCIÆ à WISSEMA

ET te, *Magne Virûm*, vocat in ſua caſtra *Cupid*
  Signaque, quæ præfert Parvulus iſte; feres
Res humeris inſueta tuis, adverſaque curis,
  Quas juvat in Patriæ ſuſtinuiſſe Bonum.
Rarò conveniet cum Majeſtate Dione:
  Hæc rugas; faciles exigit illa jocos.
Sæpè graves caſus, ſæpè irreparabile damnum,
  Exitiumque tulit publica ſæpè ſalus;
Cum ſecreta Fori, Sceptrique arcana tuendi
  Credita laſcivæ conjugis ingenio.
Servaſſes tibi, *Nine*, caput, capitiſque coronam,
  Ni mala rexiſſet Fœmina ſextiduum.

Ad

Adde, quod Uxoris Res multa incommoda portent,
Quæ prohibent ſacris invigilare fori.
Nunc vult illa coli, mox ludi, & ludere gaudet,
Et ſomnum in medios continuare dies.
Interdum cupit ire foràs, & viſere Amicas,
Plus epulis, domui quàm ſtudioſa ſuæ.
Nonnunquam in lites (Dos hæc uxoria) ſurgit,
Aut dominum, aut fures dente vel ungue petens.
Poſt menſes, perpende, novèm, tibi parvus *Iulus*
Naſcitnr: heu cunas quæ nova cura rotat!
Hic jacet in triſti non ſana Puerpera lecto,
Aſſiduoque virum poſtulat ore ſuum.
Hic novus, à matris gremio depulſus, anhelat
Filiolus, vitâ deficiente ſibi.
Inter utrumque Pater gemitu lachrymiſque liqueſcens,
Invocat ætheriæ Numen, opemque domus.
Et mavult damnare fori patriæque ſalutem,
Quàm viduo orbatus prole jacere toro.
Surgat fortè iterum Mater nova, ſurgat *Iulus*
Parvulus, & vires ſumat uterque novas.
Non tamen exacti te relliquêre labores,
Curaque fit major, quam fuit antè, domus.
Hæc ſunt, *Magne Virûm*, ſocii diſcrimina lecti!
Hæc ſunt, quæ Roſtris non bene conveniunt!
Hinc *Patruus*, *Friſiæ* ille *Atlas*, *Proræque Magiſter*,
Conjugii ſpernens fœdera ſolliciti,
Se ſolum ſeros Patriæ ſacravit in annos,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Fœmina ne ſecùm dividat Imperium.
Fallor? an inſurgit *Sponſus*, Vatemque furoris
Arguit, & contrà hos reddit ab ore ſonos:
QVid tibi cum Bellis bellum eſt, Inſane, Puellis,
Cur ità faſtidis connubiale jugum?
Conjugium res digna viris: Res utilis omni;
Res, ſinè qua nusquam Publica ſtare valent.
LUCIA Prætoris flammas accendet in Arce.
Squallorem, tenebras, diſcutietque nives.
LUCIA felices faciet Nos prole Parentes,
Communique dabit pignora chara toro.
LUCIA præſcribet mores ritusque Nepoti,
QVêis Proavûm poterit ſuſtinuiſſe Domum.
LUCIA dictabit ſacri pia dogmata verbi,
Ut Cœli in terris concilietur amor.
Cum gravor, & multâ curarum mole fatigor;
Excipiet feſſum LUCIA mille jocis.
Dulcia nunc tremulis opponens baſia labris;
Languida mox gremio colla caputque ferens.
Ergo age! rumpe moras mea LUCIA! LUCIA perge
Ad loca, quæ nobis ſacra *Diona* parat!
Hîc Labor, hîc Curæ cum Majeſtate quieſcent!
Hîc eris una mei LUCIA cauſa boni!
Confiteor; mea penna nimis laceravit Amorem;
Et precor, ut fauſtum dent nova vota Torum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN OBITUM

Ampliſſimi Domini, Doctiſſimi Viri,
Excellentiſſimi ICti,

D. IOHANNIS à NYS,

Præſidis Senatus Friſici graviſſimi, & Curatoris Academiæ Patriæ providiſſimi.

AD

Conſultiſſimum, Doctiſſimum

D. PETRVM à NYS,

Parentis p. m. Succeſſorem in Senatu.

QUI virtute ſuâ meritisque ad culmen honoris
Suſtulit excultum Palladis arte caput,
NYS Proavûm ſequitur veſtigia cæca per umbras,

Et vitæ gaudet depoſuiſſe jugum.
Sic vixiſſe decet, vixiſti ut dive *Senator*,
Vixiſti Patriæ, Conciliique bono.
Vixiſti miſeris fidum ſolamen egenis,
Vixiſti timidis conſcia cura reis.
Non favor aut pretium movit te jura ferentem;
Normaque judicij Lex tibi ſola fuit.
QVam durum eſt Friſiis tales periiſſe *Catones*!
QVam grave, tam doctos non ſupereſſe Viros!
Inprimis, quia nunc civilia bella minatur
Pax dubiâ Regis conciliata fide.
Nunc opus ingeniis! hoc tempore *Pallas* habenda
In pretio! periit *Belgica*, ſi Hæc pereat.
Ergo agite! & magni juſto plorate dolore
Buſta *Viri*: cecidit Lumen, Honosque Fori.
Tu *Fili*, cui ſacra *Patris* loca reddita, *Patrem*
Virtute & ſtudiis, ingenioque refers:
Friſia perpetuos ibi ſic debebit honores;
Fataque non unquàm NYSSIA Fama feret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In lugubres Exequias
Nobiliſſimi ac Doctiſſimi Viri,
D. HARINGI ONESEMI à SYTHIEMA.

SYTHIEMA præclaris HARINGI Patribus orte,
Ingenio, Proavûm ſanguine, Nobilior;
Eheu! quam durum eſt, tua triſtia funera verſu,
Quam durum eſt, tanti plangere Fata Viri!
Nulla dies unquam noſtras portavit ad aures
Tam mala, tam votis nuncia ſcæva meis;
Quam tua cùm lachrymis *Genitrix* & plena dolore
Iuſſa daret *Nati* quærere veſtigia.
Nunc reditum exſpectans, me conſolabar, Amici;
Exoptans ſolitis ludere verſiculis.
Mox iterum Nox cœca metum, Glacieſque timorem
Incutit, & reditus non monet eſſe fidem.
Interdum volui mihi perſuadêre, quòd inter
Tot Monachos Patres factus eras Socius.
Nonnunquàm timui ne Te manus improba Furum
Damnâſſet vitæ ſolvere curriculum.
Spemque metumque inter dum triſtia Pectora verſo,
Dum quæro ſolitas SYTHIEMA delicias:
SYTHIEMA ſubmerſus cum *Chriſto* ſurgit ab imo:
SYTHIEMA cum *Chriſto* gaudet in arce poli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Elegia in Obitum,

Nobiliſſimi, Magnifici, Conſul-tiſſimique, Domini,

D. FREDERICI ab IN-THIEMA, Senioris.

Olim in Dania, Sueciâ, Belgio Capi-tanei ſtrenuiſſimi, poſt inter Ordines Confœd. Provinc. ex Friſiâ Delegati Graviſſimi.

Extremum & ſæpius Conſulis Worcumani Vtiliſſimi, meritiſſimi.

INthiema Nobilium titulis præclare Parentum
Et longè meritis clarior ipſe tuis,
Tene etiam Mors atra jubet deponere vitam,
Atque aliis Patrii credere Sceptra fori?
Scilicet! hæc fragilis lex eſt certiſſima vitæ;
Ut nihil humani perpetuum & ſtabile.
Explicuit tua ſe Generoſo in Pectore virtus,
Cum Te *Rex Danus* Milite victor ovat.
Laudibus annumerat non unam *Suecia* laurum,
Quam Tibi, quam Regi, dextra manus peperit.
Nec Tibi ſufficiunt quæ trans mare Nomina clarent.

A Patriis arces mœnibus *Heſperios*.
Poſt, ubi militiæ ſatur es, tibi dantur Honores,
Sceptraque Worcumii continuata geris.
Atque ita noviſti moderari & flectere habenas,
Ut nutum obſervet Curia tota tuum.
Non tamen excuſant Te ferrea ſternere Fata?
Et tantum ad Patrum ferre ſepulchra Virum.
Fallor? an optandum Tecum, Pater INTHEMA, Nobis,
Extremum mundo dicere poſſe vale.
Nam ruit in triſtem, credas; *Reſpublica* caſum,
Belgarum, & nutat quæ ſtetit ante, ſalus.
In luctum Res omnis abit: cœlumque ſolumque,
Et mare fatales ſolvitur in lacrymas.
Pax erat in bello quondam tutiſſima *Belgis*,
Cum ferus ad portas caſtra movebat *Iber*.
Nunc ubi Pax dubiis votis ſancitaque dextris,
Bellorum flammis urimur in mediis.
Anglia Regali nondum ſatiata cruore,
Nos vocat in tumidi dira pericla maris.
Et ſpirat ſperatque nihil quàm fulmina *Belgis*,
Fulmina, Tartareis eruta de tenebris!
O utinam! non tectè alio ſub ſole Poteſtas
Unà Belgarum quæreret exitium.
Et, quid, ſi in noſtris repat *Baſiliſcus* arenis;
Qui ſpuet in Patrium dira venena caput?
Surge *Deus*! ſacramque Tibi defende *Sionem*;
Sedibus è Patriis ne exulet alma Fides.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Fallor? an Ira Dei pleno excandeſcit in æſtu?
Et Majus nobis datque dabitque malum.
Hic, miſer, ut nigro ſaturet ſe pane, querelas
Cum Lachrymis fundit, nulliter, eſuriens!
Et, licet, extremo cruciet ſua membra labore,
Non tamen inveniet vivere poſſe diu.
Illic, triſte Febris cruciat præcordia frigus,
Non Iuveni parcens, decrepitoque Seni.
Horrendum! (Patribus vix ullo hoc contigit ævo)
Non eſt in Friſia ſalva ſecunda Domus.
Poſt morbos; Mors atra venit, cœlumque minatur,
Aſt averte Deus! Peſtiferam rabiem.
Non tamen Impietas ſeſe ſejungit ab Aulis,
Quiſque ſuo, Patriæ non ſtudet eſſe bono.
Præmia non dantur meritis: non Pœna malignis:
Quiſquis ab arbitrio pendet agitque ſuo.
In Numero conſtat Votorum, haud Pondere, Rectum
Quinque, licet vento ſint leviora, valent.
Sed mea Muſa tace! non fas tibi dicere verum.
Cernis, ut *Hiſtoriis* non licet ire Foras?
INTHIEMA terfelix SENIOR, multumque beat
Ante hæc quod licuit triſtia fata mori.
Quis ſcit an hæc nobis contingant otia? Quis ſcit,
Quæ Vos, quâ Noſtros poſtmodò terra tegat?
Ergò age, pone modum Lacrymis chariſſima *Conjux*
En! præit, & cœli *vir* Tibi monſtrat iter.

IN

IN OBITUM
Magnif. Conſultiſſ. Doctiſſimique DOMINI,
D. GUALTHERI HENRICI GUALTHERI,
Senatoris Curiæ Friſiorum Supremæ Ordinarij;
NUPER

A præpotentibus confœderatarum Provinciarum Ordinibus ad perpetuam inter Reginam SUECIÆ & Regem POLONIÆ pacem componendam

LEGATI *Excellentiſſimi.*

MAGNE *Virûm*, Fax Ingenii, prægrande Themiſtæ
Muſarumque decus, *Gualtheri* involveris umbris:
Rellinquens ſub ſole ſolum, IUSTAMQUE Maritam,
Et ſpêi ſupremæ *Aſcanium*? Crudelia Fata!
Quæ tantum rapuere Virum, quem Belgica legit
Legatum, in Regum diſcrimine, fœdera pacis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Conſiliis ſuadere ſuis. Crudelia Fata !
Quæ oblatas digno capiti invidêre coronas ;
Et firmum ex ſacro moverunt ordine fulcrum.

Sed , nihil humanos curant Fata improba cœptus ,
Arbitriis immota ſuis. Non prima Poteſtas ,
Non Legum virtus , etiamſi armata ſecuri
Carnificis ; non alta Domus , diveſque metallum
(In toto liceat vis nulla potentior orbe)
Siſtere Fata valent , ſpatium , licet , unius horæ.

Et Sors hæc una eſt Crœſi , quæ pauperis Iri !
Sed , Felix ! bene qui vixit , rectique bonique
Conſcius , in miſeris pupillis jura miniſtrat :
Nec metuit Iudex ſceleratam exſcindere gentem.

Talis eras GUALTHERE , tibi dum vita ſuperſtes.
Non favor aut odium movit te , non honor ullus ,
Ambitio aut fecit cûiquam ſubmittere faſces.

Hiſce vale ! valeat , tecum , mea Muſa ! *Senator* ,
Quæ nunquam repetet , niſi poſt mea fata , theatrum.

EPI

EPITAPHIUM,

In Obitum, Nobiliſſimi, Magnifici, Doctiſſimi, Conſultiſſimi Domini,

JOACHIMI ab ANDREE, Equitis.

Cum viveret, omnibus Honorum gradibus excelſioris.

BALTICA quem Proavûm Virtus, quem Nobile ſtemma
BOURMANIDUM fecit Pignora ferre Toro;
Scævola qui *Franicis* docuit ſacra Iura *Lycéis*,
Et duplicis Lauri cinxit honore Caput;
Roſtra cui ſacri ſe ſubmiſere *Senatus*,
Qui *Præſes* tanti muneris intonuit;
QVi *Danos* inter, *Suecos*, *Regesque Polonos*
Bis pacem in *BelgI* commoda reſtituit;
Aurati hinc *Equitis* titulos & Regia portans
Dona, licet meritis inferiora ſuis;
QVi *Natum*, Hæredem tantæ Virtutis & Æris
In Patrio juſſit dicere Iura loco;
Et poſt, alta *Patrum Patriæ* Subſellia ſcandit,
Tota ubi Belgarum Publica Res agitur;
Ille, ſatur vitæ, *Franicis Curator Athenis*,
Hic jacet, & vivit ſedibus Ætheriis.

Ampliſſ. Nobiliſſ. Domino,
FRIDERICO ab INTHIEMA
IUNIORI, *Conſuli Worcum.*

FILIA nata Tibi, ſi natus *Filius* eſſet,
Signa daret calamus plurima lætitiæ.
Nunc precor, ut vivat valeatque hæc optima Proles;
Venturo & dentur *Maſcula* dona die.
Detque Deus lecto bene ſana *Puerpera* ſurgat,
Ut Veneris poſſit ſic renovare jocos.

Nobiliſſimo, Doctiſſimo, Candidiſſimo Domino,
HERONI ab OCKINGA,
Cur. Sup. Friſ. Senatori.

SI ſua conveniunt ſignatis Nomina Rebus;
Heronem, Heröem, quis negat eſſe mihi?
Ingenii volitans *Hero* ſuper æthera pennis,
Vicinum *Divis* quærit habere locum.
Heröes virtus quondam dedit inclyta Cœlo:
Heronem Virtus æmula tollit humo.
Priſcaque *Nobilitas*, quæ noſtro rarior ævo,
Heronem Heröum condecorat titulis.
Hinc *Hero, Heröum*, proprios Tibi grator, honores.
QVi Iuſtum *Heröis* nomen & omen habes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Formoſiſſimam Friſiæ NYMPHAM Lugentem immaturum Obitum *Nobiliſſi. Candiſſi. & Spectatiſſimi Iuvenis Viri* D. ULBIJ ab AYLVA.

NYMPHA *Leoninis* non longè à mœnibus orta,
Famoſâ ex Proavûm Nobilitate Domo,
QVâ non Friſiacas inter Formoſior Ulla
Moribus, ingenio, Divitiiſque nitet;
Ignoſcas mihi; quæſo! feram ſi triſtia vobis
Nuncia, Fatorum nuncia plena malis.
Firma animum! propelle metum! compeſce furorem!
Nuncia quæ porto ſunt nimis atra tibi.
ULBIUS AYLVANA natus de Stirpe, Parentum
Gloria, maturos occidit ante dies.
Te quam ſperabat vivo ſibi jungere *Sponſam*,
In lacrymis fecit nil niſi poſſe mori.
Sed moriens, juſſit te longum, chara valere,
Donec in Ætheriis ſedibus adfueris.
Quid! Quid! *Nympha*! tene! loquere & te collige rurſus!
Sit ſatis Unius fata dolere! mane!
Ad ſe *Nympha* redit, Lacrymarum atque integra fundit
Flumina. Sub lachrymis hos dedit ore ſonos:
Impietas ſcelerata novis fert gaudia ſignis!
Cur? quia ſincerâ plus *Pietate* valet.
Illa valet Fati rigidis obſiſtere telis:
Hanc perimit ſubitâ Mors inopina manu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

QVæ nì vera forent, non mortuus ULBIUS eſſet
AYLEVA. Cui pauci ſunt pietate pares.
Et Pius Hic, & Dives erat. Raró accidit illud.
Divitiæ faciunt ſæpiùs eſſe feros.
Dives erat, nec Avarus erat, neque Prodigus unquam.
Divitibus nullum cernimus eſſe modum.
Aut bona vicini non juſto fœnore captant;
Aut Proavûm cenſus dilapidare ſtudent.
Divitias Forma acceſſit. Non pulchrior Alter,
Membrorum ſpectes robora, ſeu Venerem.
Et greſſum & Viſum commendat Gratia, Vocem
Cum Gravitate Lepor, juncta lepore Fides.
Divitiæ, abſurdum! mutant cum nomine Mores
AYLEVA Divitiis, Moribus, Unus erat
Una Viri Virtus, nulli gravis omnibus idem.
Pauperibus largam præſtitit ille manum.
Dignus erat Mecum ſocialis fœdera lecti
Pangere, Virgineum dignus inire torum.
O utinàm! noſtris non Sors ſic invida votis!
O utinàm! vera hæc nuncia falſa ſient!
Aut mihi jam liceat ſub eodem marmore claudi!
Et dare non aliis membra cremanda rogis.
Nam mihi nil reſtat, dum vivo hoc triſtius ævum,
Quàm gemitu vitæ ſolvere fila meæ.
Triſtitiæ cauſam ſi quætis, *candide Lector*;
Triſtitiæ cauſa eſt, nil niſi purus *Amor*.
Dixerat & pullos confeſtim adſumit amictus,
Proque Animâ *Sanctis* dat pia vota ſuis.

E P I T A P H I A,

Nobiliſſimi, Ampliſſimi Domini,

GODSCALCI ab HIDDAMA,

Quæſtoris, in Friſiâ, Generalis.

FRISIACI cecidit Regni ter maximus *Atlas*
HIDDAMA! quem lapſum *Ter Tria Sceptra* dolent
Et meritò dolet Iſta Manus: Stat prona ruinæ
Auxilio Tanti nuda carenſque Viri!

A L I U D.

Ingenio promptus, Doctrinâ excultus, Honore
Primus, & Attalicâ conditione nitens,
HIDDAMA terrarum tenebroſo hoc claudit*ur* antro,
Et ſecum Sortis munera tanta premit.
Nil reſtat, quam Fama, mori quæ neſcia, Mundo:
Illa dabit longùm Nos meminiſſe Viri.

A L I U D.

HIDDAMA quem Vivum non circum Friſia ſcripſit:
Mortuus hoc Urnæ conditur Hoſpitio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN EXEQUIAS

Incomparibilis Iure - Conſulti,

D. CORNELIJ PYNACKER,

Primarij, Franequeræ, Iuris Profeſſoris.

MUSA dum tutam tibi Friſo ſedem
Et dedit ſacris *Franicæ* ſub umbris
Poſt feri pulſam rabiem *Philippi*,
Sacra docere;

Crede: te nunquàm dolor uſque torſit;
Et gravis preſſit labor aut periclum,
Quàm quod hæc præſens tulit & feret lu:
Craſtina vulnus!

Lumen in toto vigilans *Makousky*
Orbe; quo nemo fuit in *Sione*
Major Antiſtes, fidëique Tutor
Conditur urnâ!

Ille

le, quem fratrem *Pierî* crearunt;
ar cui nullus cecinit Poëta,
hetor aut dixit graviora, *Winſem*
Lumina claudit.

m comes magnus ſequitur PYNACKER!
ir! ſacræ primus Themidos ſub aulâ,
eminem lædens; Tribuens Honeſtè,
Iura cuique.

ir! cujus Dotes animique virtus
lara, per totum, Facis inſtar, orbem
plendet, & nullo moritura ſeclo
Perdet honorem.

urca quam vidit *Batavûm* ſalutem
re facundo egregie aſſerentem;
ſque honoratum in Patriam remiſit
Munere multo.

attavis, Friſîs, Themidem Groningæ
eddidit merſam tenebris *Profeſſor*:
ecit & doctis habitare Athenis
Juſque piumque.

le jam Mortis patitur ſeveræ
ra! Nec vos, ò *Friſÿ*! docebit
s magis. Certè manifeſta diræ
Signa ruinæ!

Ergò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ergò deſiſtas dare frena factis
Turpibus *Friſo*! maneat Cupido
Terminos inter: Pietate frená
Ambitionem.

Pergis? en! ſtant præ foribus dolenda
Damna, quæ dulci patriæ propinquant:
Quæ Scholas, Templum, Fora, cum Senatu
Culmine ſternent.

Quin preces cœlis humiles feramus:
Et Deum nobis Facilem vocemus:
Sic procul noſtris fugient ab oris
Damna, Neceſque.

In Effigiem Ejuſdem ad petitionem *Senatus Academ. Groningani.*

CUJUS ad obſtupuit divina Oracula vocis,
Motaque de ſolita eſt *Africa* Barbarie:
QVi ternis docuit leges & jura Cathedris,
Hei mihi! quòd tantum ſupprimat umbra Caput

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Felices Nuptias
Docti Iuvenis, Probiſſimi Mercatoris
D. RICCHÆI NYHUSI,
Sponſi.

Et Lectiſſimæ, Moratiſſimæque Virginis
MACHTHALIS WALERIJ,
Sponſæ.

ARDUA Conjugium res eſt. Res plena triumpho:
Aut res extremo conſociata malo.
Si bona, parca, decens, ſi ſedula ducitur *Uxor*;
Materiam plenæ, *Sponſe*, ſalutis habes.
Si mala, ſpurca, ferox, ſi liti dedita *Conjux*;
Tota tibi vita eſt nil niſi lerna mali.
De ſapiente Viro tua gloria Fœmina pendet:
Vir probus uxori pulchra corona ſuæ.
Hoc melius; cœli nunquam convexa tueri,
Quam dare vinoſo colla fidemque viro.
Ardua Conjugium cum res ſit, *Sponſe*, quid audes
Ingenio tantæ credere molis opus?
Non dubito! Sacro petiiſti à *Numine* dotem:
Hinc optata tuo venit Amica toro.
MACHTHALIS in cœlo tibi deſponſata, NIHUSI;
Nunc tandêm in terris oſcula læta dabit.
Oſcula det; reddas illi impiger oſcula; donec
In gremio ludat *Parvulus Aſcanius*.
Poſt ubi ludendi non amplius ulla voluptas;
Ad Cœlum ſternat tarda ſenecta viam.

Næ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nænia Funebris,

In triſtem Obitum Nob. Magnifici Viri, Senatoris,

D. HECTORIS BOURICIJ

EHEU! vitalem BOURICIUS edidit auram
Gloria Friſiaci prima decuſque Fori.
Heû! jacet, heû! ſeros BOURICIUS ire per annos,
Neſtorioſque dies vivere dignus, humi.
Hoc niger auſpicio naſcentia tempora *Ianus*
Inchoat; & triſtem ducit ab axe diem!
QVàm nihil inſtabili fas quenquam fidere vitæ,
Vincentem votis ferrea fata ſuis!
Vita fugax parvi ſpatiis includitur ævi,
Arrepitque cito Mors inopina gradu.
Urgetur Lux Luce: Horis naſcentibus Hora
Truditur: Ut fluctum fluctus & aura rotat.
Sed tu *Friſo* dole. Doctæ lugete Camœnæ.
Et lachrymis faciem pollue mœſta Themi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Heu ſortem Patriæ miſeram! QVam dira minantur
Numina! QVam fervet vindicis ira Dei!
allor? an, ut revolant celeres ex æquore mergi,
Fœda procelloſo turbine ſurgit hyems:
ic nova damnoſi metuas diſcrimina fati,
Cum jûſtus vitâ diffugiente perit.
lagrant bella foris. Miſeros diſcordia cives
Intus agit. Fervet Peſtis & ira Dei.
rona ſtat in caſum *Themidos* veneranda *Palæſtra*,
Bis ſenis nuper clara Palæſtra viris.
riſia quâ priſcos ſuperat gravitate Catones,
Et Fabios æquat Cecropioſque ſenes.
h! jacet, & doctas BOURICIUS abſtulit Artes;
QVem penes Eloquium Suadaque tota fuit.
ui lepor, & doctis habitabat Gratia labris,
Et dederat Leges Iuraque noſſe Themis.
orſan & impendent nobis poſt aurea rerum
Tempora, Vandalicæ nubila Barbariæ.
rgò te nobis meritò deflemus ademptum,
Magne Vir, & Manes proſequimur lacrymis.
os superi, ſi fata ſinunt; vos parcite nobis,
Parcite, nec *Patriæ* perdite, quæſo, *Patres.*

In

In triſtes Exequias

Ampliſſimi, Nobiliſſimi, Præſtan-
tiſſimi Domini,

D. ORICHIJ à DOYEM,

*In Suprem. Friſ. Curia, dum vi-
veret, Senatoris.*

ANNUS abhinc vigeſimus
Præteriit & ſeptimus;
Ira cum ſacri Numinis,
Terribilis ſub ſpecie
Cometæ, Luxit igneis
Et radiis ſanguineis.
Heu! quot ab iſthoc tempore
Orbis Europa melior
Pars gemuit vulneribus!
Sciſſa furit Italia:

Va-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Vaſta luget Germania:
Britannia cum Scotia,
Hybernia Civilibus
Sibi creant diſcordiis,
Sine Rege, perniciem.
Rex tibi Puer, Gallia:
Rex tibi Senex, Dania:
Tibi Rex Uxor, Suecia:
Anne ſunt hæc diſcrimina?
Nec manus Dei Vindicis
Præteriit te Belgica!
Belgica, quæ medio
Ducum Virumque in ſanguine
Et obtines, & pateris
Nimis caram Victoriam.
Sed, utinam! periodus
Poli minantis ultima
Nobis inſtaret Friſiis.
Viden'! quod nondùm funeris,
Sævitiaque Dæmonis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Furorem mittat impium?
  Annus inſtat jam decimus,
Qui dedit nobis Tredecim
Dolenda Fata Iudicum.
Fata, quæ comples manibus
ORICHI DOYEM triſtibus.
DOYEM Senator minimè
Fori non inter lumina.
  Et vereor! ut carminis
Propediè m materiam
Mihi miniſtret *Navita.*
  Quî res ſit tecum Friſia!
Si deſint tibi Capita;
Si pereat Iudicium,
Salva quo res eſt publica.
  Hoc habe! mendas corrige.
Ambitionem reſpue.
Deum roga propitium;
Tuiſque rebus facilem:
Tunc polus erit mitior.

NVP

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

NUPTIIS
Nobiliſs. Ampliſs. Doctiſſimi Dom.

HENNINGII GEORGII AB ANDREE,
Jam Senatoris Friſ. *Sponſi.*

ET

Nobiliſs. Formoſiſſimæ, Caſtiſtimæque Virginis,

FROUCKJÆ à SCHELTEMA,
SPONSÆ.

ANDREE, de ſtirpe Nepos, Equitiſque Parentis
 Filius aurati, conjugium celebrat.
SCHELTEMA divitiis, & Formâ, & moribus aucta,
 Filiâ Mavortis nobilis, uxor erit.
O Felix bene conjugium, quo Martia Pallas
 Armis digna feret Pectora, digna Togæ!
Surgite Friſiaci Iuvenes, vos ſurgite Nymphæ,
 Lætáque conjugio reddite vota novo.
Ut multâ in terris cum Sponſo Sponſa ſalute,
 Poſſit & in Cœlo proſperiore frui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Si licet, & raucæ tibi non eſt nauſea Muſæ,
(Quippe procul ſolitis exulat illa Scholis)
Accipe de *Gallo* quæ proſpera fata precatur,
Sponſe, nec à nobis reſpue *Sponſa* preces.
Hæc mea vota: Deus thalamo det læta jugali
Pignora, fœcundet Fertilitate domum.
Non res grata poteſt fido magis eſſe Parenti,
Cernere quàm vivos poſteritate lares.
Sit procul à tacito lecto Lis improba, tectis
Non habitet placidis fons *Eris* atra mali.
Fœdus amor pangit ſed jurgia, fœdera ſolvunt.
Iurgia ni ceſſent, occidit omnis amor.
Mens habitet ſano ſub corpore ſana, ſuoque
Officio invigilet pectus & ingenium.
Quis negat hunc optare mori, quem languida cogunt
Sub medicâ ſemper vivere membra manu.
Amplior accreſcat rebus fortuna ſecundis:
Quamvis præclaras ſors tibi reddat opes;
Scilicet in Cenſu virtutis gloria major.
Sæpè aliis obſtat res benè parva domi.
Se tibi ſubſternant Subſellia ſumma Senatus:
Illa Seni donent otia læta Patri.
Quid nocet ante annos Iuveni deferre Senatum,
Qui ſuperat canos Iure in utroque Senes?
Sera dies, longæ tibi vitæ terminet annos,
Et pingat nigras alba Senecta comas.
In terris vixiſſe diu, ſunt magna benigni

Dona Dei ; nullis inferiora bonis.
Denique ſuſtollant Animam cœleſtia regna.
Illa ubi corporëis ſolvitur exuviis.
Nil Genus, & Proles, nil Pax, Sapientia, Robur,
Nil Fortuna, Forum, ſera Senecta juvat;
Aut quicquid voto tibi poſſim *Sponſe* precari,
Nil juvat, ad Cœlum ſi via clauſa manet.
Hæc mea Vota: *Deus* mea vultu vota ſereno
Accipe, nec ſcandant irrita vota Polum.

L. PARENT.

AD
LODOVICUM PARENT.
Nunc Gallicæ & Italicæ Linguæ Profeſſorem in Acad. Franeq.
Præceptorem meum venerandum.

QUI quondam ex Ligeris ſocias mihi flumine Lymphas,
Mox facis ex Tiberis pellere fonte ſitim:
Nunc Latiæ apponis bene olentia fercula menſæ,
Et trinâ ſatias Pallade Diſcipulum.

NUPTIIS

Magnifici, Conſultiſſimi Domini,

IOANNIS GVALTHERI,

Nunc Civitatis Leovardienſis Conſulis,

SPONSI.

Et Selectiſſimæ Virginis,

CATHARINÆ à JORRITSMA,

SPONSÆ.

AD leporem ſpargens purum CATHARINA lepôrem
Ibit in amplexus, Sponſe beate, tuos.
Fallor? an, ut triſtis fugit atræ noctis imago,
Cum redit Auroræ, ſole rubente, jubar;
Sic mala moroſæ diſpellit nubila vitæ,
Et viduum recreat Splendida Sponſa torum.
Felix Sponſe nimis! cui talis ducitur Uxor,
Quam Dos, quam Mores, quam bona Forma beat.
Felix *Sponſa* nimis! tali Sociata Marito;
Quem decorat Virtus, quem pia Pallas amat.
Ne dubita: Virtus, Pietas, Dos, Pallade junctæ,
Accipient noſtri jura tuenda Fori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN NUPTIAS
Clariſſimi Holland. Hiſtoriographi,
MATHÆI VOSSII,
Magni illius
JOHANNIS GERH. VOSSIJ,
Filij, SPONSI.
ET
Piiſſimæ, Moratiſſimæque Virginis,
IANAE de VENO.

APPULIT ex Batavis Venator Vossius oris,
Et ſua Friſiacis retia tendit agris.
Rex Leo monſtrabat tractu quo præda lateret:
Exiit ex latebris IANULA præda ſuis.
VOSSIUS hanc vidit, viſam fugat; Ocius Euro
Illa fugit; fugiens luditur; Hoſtis abit.
Atque iterùm Batavas venando Feſſus ad Aras,
Conqueritur patriis damna pudenda Deis.
Quid furor! an metuis, dixit, nova tædia quæſtus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Auſtutus longâ Vossius arte Parens?
Spes, labor, atque metus centena perîcla Dianam
Exercent, ſtudiis dum vacat illa ſuis.
Non placidas venator oves in retia coget:
Non capiet leporem qui jacet ante pedes.
Ergò age præteritum renova, mî *Nate*, laborem,
Et prædam capias dum tibi, perge viam.
Pergit iter, monituſque patris, ſequiturque petitam,
Deq́ue novo cæptum Vossius urget opus.
Non Cœli metuit, terræque incommoda: multa
Sæpè ſub aprico ſole peracta dies.
Nunc madidus redit imbre domum, nunc frigore torpet,
Et queritur ludi, quærit & auxilium.
Sed tandèm curſu & multo defeſſa labore,
Ianula ſe nuſquàm poſſe latere videns;
Prona cadit, rogat auxilium, vitæq́ue precatur
Ut ſibi det veniam Vossius arte valens.
Ianula Victorem metuit: negat Ille dolorem:
Adſtruit Illa fidem: deſtruit Ille dolos.
Ianula ſuccumbas Victori. Gratia Victæ
Plena tuæ, Vossi; ſit quoque Cauda levis.

No-

Nobiliſſimæ ac Doctiſſimæ Virgini FRANCIÆ à DOYEM, *Iam Vxori* Sibrandi à Walta *Nob. Capitanei.*

HACTENUS in lacrymis, & diro FRANCIA luctu
 Ingemuit ſortis triſtia damna ſuæ.
Et morbum & mortem Patris deflevit amati,
 Exoptans ſociam funeris eſſe Patri.
Et Matrem ſolata piam, quam curva ſenectus
 Et dolor amiſſi Conjugis ire negat.
Nullo viſa loco: nullis ſpectata Theatris,
 Sola ſedet clauſæ ſemiſepulta domi.
Lumina quæ cupidi quondàm perſtrinxit Amantis,
 Culta cui vário Forma decore fuit;
Tectaque tunc neglecta jacet, nulloque capillus
 Ordine diſpoſitus, ceù ſolet antè, ſedet.
Sordida purpúreos excepit lana colores,
 Nec toga ſidonio Murice tincta nitet.
Muſica, quæ patriam toties audita per aulam
 Suetaque Cæleſtes vincere plectra Deas;
Iam longas traxere moras, ſiluere Camænæ,
 Quêis doctos poterat ſollicitare Viros.
Non lacrymis modus ullus erat. Dolor undíque totam
 Obruit, a Luctu vix vacat ulla dies.
Sed, velut haud ſemper triſtis dominatur Orion,
 Et vehit interdùm mitior aura diem;
Sic poſtquàm duros animi perpeſſa labores,
 Et ſatis indulſit luctibus ingenium;

FRANCIA de triſti ſecluſit mente dolores,
Curarumque expers gaudia læta ciet.
Ut, Quæ ſub brumâ latebras quæſivit Hyrundo,
Ad ſua vere novo templa lareſque redit,
Sic repetit lucem detecto FRANCIA vultu,
Et loca præterito plena dolore fugit.
Sat lacrymis putat eſſe datum, ſatis eſſe querelis,
Ferrea cum nequeat Fata movere dolor.
Ad ſua plectra redit. Reſonat Tibi Tityre laudes,
Aut ſocium, Corydon, Te vocat eſſe ſibi.
Nunc Helicona colit, Nobis miranda! Poëtis
Virgo canens Phœbo Carmina digna Patre.
Iam bibit ex Ligeris divinas flumine lymphas,
Iam juvat ex Tibridos pellere fonte ſitim.
Mox iterum repetit celſæ capitolia Romæ,
Ex ſtupet ex humili Numina magna caſa.
Utque oculi ſpectent quæ quondam lecta placebant,
Non piget ad Tragicos ire, redire lares.
Illic Cæſareos vidit poſt funera Manes,
Hic cernit Caſſi, Fataque, Brute, tua.
Hic diſcit Regum quod par fortuna Miniſtris,
Quod ſubito caſu ſceptra ſuperba ruant.
Adde, Quod & cupidis de nocte involvitur ulnis
Et ſub Waltano Pondere læta cadit.
Sic variis edocta modis, ſua *Francia* quærit
Vulneribus vario corda levare modo:
Quod ſupereſt, poſito luctu, nova gaudia, durent,
Uſque precor ſerus dum ſit utrique Nepos.

La

IN TUMULUM
Summi Senatoris
JOANNIS à SAACKMA,
Curiæ Friſ. Præſidis.

INGENIUM, Doctrina, Fides, Prudentia, Candor,
 Et Patriæ & veræ Relligionis amor;
Uno ſi poſſint concludi pectoris Orbe,
 Dotibus his Hoſpes SAECKEMA ſolus eras.
Nunc uno hoc tecum tumulatur funere Pallas,
 Pallas quæ nulli, ceu Tibi, culta fuit.

Dom. Doctori
WILHELMO GHEMMENICH,
Friſiæ Advocato.

SI licet Infantûm mortes deflere Parenti;
 Et tecum GEMENICH noſtra Thalia dolet.
Ne tamen hic luctus fines excedat amoris,
 Mellea cum Vino Liba levamen erunt.

Nob. Ampliſ. D. Prætori,
THEOTARDO ab AYLEVA.

SI fors ſperatæ commiſſa Negotia pacis!
 Non turbent animum, Carmina noſtra legas.
Carmina quæ mortes, jura, & pia fœdera miſcent,
 Calles jura, negas ducere, morte cades.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN ALBUM
Doctiſſimi Iuvenis,
PETRI NEUHUSII HELVETIJ,
Cum domi meæ eſſet cum celeberrimo per Terrarum orbem Theologo,

D. FRIDERICO SPANHEMIO.

HOc magis oblatis juvat inſcripſiſſe tabellis
Nomina NEUHUSI, NEUHUSIUS quia ſum.
Quamvis nec patriâ neque ſanguine jungimur uno,
Ambo Nomen idem, nos manet unus Amor.
Friſia NEUHUSIUM ſervet, Te *Helvetia* vivum,
Uſque queant ſcribi nomina noſtra polo.
Hiſce valé, valeat lumen SPANHEMIUS illud,
Quod Tibi, quod nobis monſtrat in aſtra viam.

UXOR MEA
In novum Teſtamentum
ab Amitâ Catharinâ donatum.

HÆc Trino Teſtata Deo CATHARINA dediſti;
Unius ut Tecum Mors mihi Vita Foret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Nativitatem Chriſti

AD

Candidum, Pium, Doctumque Cognatum

GUALTERUM PICCART,

Verb. D. Miniſtrum Groningæ Friſ.

SALVE millenos Lux exſpectata per annos,
Qua mihi Matre Deus Virgine natus Homo!
Salve feſta Dies! mea quæ peccata remittit.
Et maculis purgat pectora ſpurca malis.
Salve feſta Dies! Satanæ quæ compede vinctum
Liberat, & cæco carcere me redimit.
Salve feſta Dies! mihi quâ referatur Olympus:
Quâ datur immenſo ſemper adeſſe bono.
Salve iterum ter feſta Dies! Lux inclyta, ſalve!
Quâ datur æternâ poſſe ſalute frui.
Vos, quibus hæc Mecum Lux orta eſt, tollite multâ
Magnum laude Deum, tollite laude Deum!
Ille Deus vaſtum qui verbo condidit Orbem,
Et quod terrarum Maximus Orbis habet.
Ille etiam nobis Deus hæc ſacra Otia fecit.
Illi reddatur Gloria ſola Deo!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampl. Nob. Domino,

JOACHIMO ab ANDREE,

Equiti, Legato.

HULST inimica diu Naſſois Flandrica Belliis,
Iam jacet Auräico victa ſub imperio.
Excellens *Henrice* tibi dedit *Hulſtia* Fatum,
Gratior hinc illa eſt præda *Wilhelme* tibi.
ANDREE, qui pace redis JOACHIME peractâ,
Hæc bona venturæ ſit tibi pacis avis.
Sat tibi bellorum fuit Hoſtis! Belgica bellum
Uſque tulit dùm te bella nefanda necent.
Hoc age, ceu *Danus* cum *Sueco* fœdera junxit,
Mitte etiam Belgis bella movêre piis.
Sic erit: hoc votum tibi mittit magne Senator,
Neuhuſius, voto Cælipotens faveat.
Intereà recreent præſentem vina Triumphum,
Quæ Tecum vegeto robore *Walta* bibit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IOANNI PETRI,

Vice Graphiario.

FLET dulces lacrymas, quid amaras flere juvabit?
Margaris eſt dulci paſtaque melle Venus.
Si libet accedas Sponſæ ſacra vota precatum,
Non bibitur noſtræ *Fellea* lympha domi.

Chariſſ. Parenti

EDONI NEUHUSIO.

CONSCIA mens Recti, validæ ſub Corpore vires
Res ſatis ampla domi, ſpes meliora fovens.
Hæc mihi poſſideo Jani data dona *Kalendis.*
Chare parens, eadem Te rogo ſtrena beet.

D. HO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

D. HONORIO ROUCKEMA,

J. U. D. Advocato ſtrenuiſſimo.

BIs quatuor quaterque decem periêre decembres,
  Cum tibi dat vitâ lux hodierna frui.
QVondam moris erat ſocios in vincla vocare,
  Et ſic natalis cõncelebrare ſacra.
Compedibus Podagræ vinctum te vincula terrent,
  Hinc tibi pro vinclis libera vota fero.
Et precor ut redeant juvenilia Robora membris;
  Atque agat officium peſque manuſque ſuum.
QVæ tibi chara Domi ſedet Uxor, Trinaque proles,
  In longos tecum ſalveat uſque Dies.
Et ſic *Mepskiades* longum riſiſſe juvabit,
  Damna, per occultas, quæ dedit *Ille* manus.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

De Hiſtoriographia FRISIÆ, mihi promiſſa.

QUAM multùm petii me faſtidivit Alexin,
Et jacet alterius ſemiſepulta toro.
Cogor ferre! vale quondam mihi debita Nympha!
Hiſtorias, canta pulverulenta, novas!
Nympha vale! veteres & nos mutamus amores.
Solus amor nobis IUSTINIANUS erit.

IN FUNUS GEORGIJ ab IDAMA, In Cur. Friſ. Executoris inpavidi.

PRINCIPIUM vitæ mors eſt. Per funera Cœlum
Scandis, & æternos dant tibi Fata dies.
Hinc age! nec tumulum, nec tartara nigra verere,
Si cupis æternùm vivere, diſce mori.
Diſce mori. Mors certa manet, mors nil niſi Somnus:
Et tibi dat placidum Funus habere Torum.
IDAMA quem nunquam vel mors vel terruit umbra,
Hæc cupit à ſerâ poſteritate legi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Doctiſſimo, Clariſſimo Poëtæ,

IOANNI NICOLAI.

LEOVARDIENSI.

FRISIACOS inter digniſſima Gloria Vates,
QVêis curam doctæ credit Apollo lyræ,
Tene pudet Spiſſis tam diu latuiſſe ſub umbris,
Cui data ſcribendi ſæpius anſa fuit?
Corrige te, poſt rumpe moras, nec parce papyro.
Nomina dat celſo vivere Penna polo,
Iudicium Vulgi mecum nil pende procacis:
Sit ſatis eximiis poſſe placere viris.
Et quoque ſi docti ſpargant poſt terga Camœnas,
Sit ſatis ingenio te placuiſſe tuo.
Non alio noſtri pulſantur pectine verſus,
Omnis homo culpet Carmina, Carmen amo.

Do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Doctiſſimo, Conſultiſſimo
UILIELMO GHEMMENICH,
J. V. D. Advoc. Provin.

VIx bis ter quatuor perierunt lumina lunæ,
Cum tua Filioli ſtat Domus atra nece.
ınc iterùm, mors ſæva, tuis contraria votis
Saucia crudeli vulnera falce ſecat.
em dederat Lucina tibi, Libitina Puellum,
Abſtulit, ablatum merſit acerba Dies.
iſte graves uteri pariendo ferre dolores:
Triſtius à partu Funera flere novo.
tecum Commune malum Vicine, fatigat.
Scilicet Ascanio quod ſine prole Domus.
c minor eſt luctus ſterili dare ſemina glebæ,
Quanquàm me gravidus ſæpe fefellit ager.
rnere quam lætas ſegetes, ſpem totius anni
Vere novo ſeros antè perire dies.
llor an impietas quæ noſtro præſidet ævo,
Non ſinit in ſterili fata dolere Toro.
elix ille nimis quem primis Atropos annis
Occupat, hunc omni liberat illa malo.
cujus lacrymas fundis, Vicine, ſepulcrum,
Filiolus ſuperûm ſorte beatus ovat.
uam non in terris potuit ſperare ſalutem,
Hac fruitur gaudens ſedibus Ætheriis,

No-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nob. Doctiſſ.

HANSONIO à LIICKLEMA

Prætori in Gaeſterlant.

CUR renuis noſtris tua ſcribi nomina Chartis
Atque inter magnos vivere ſæcla Viros,
LIICKLAMA? qui Muſas & ſacræ Palladis artes
Diligis, & multa doctus honore colis.
Non lædit pia Muſa Virum, laceratque Poëta
Quem bene de patriâ demeruiſſe juvat.
Qui non obſcænis exponit publica lucris
Munera, & infames conciliavit opes.
Qui non in Proavûm leges, Romanaque jura
Surgit, & armatâ ſupprimitæqua manu.
Si culpa eſt laudâſſe Virum Reſpublica quo ſtat,
Ignoſcas, de te ſi mea Muſâ tacet.

No-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nobiliſſ. Prætori, D. DVCONI MARTENA de BOVRMANIA.

APPRECOR ut reddat tibi ſana Puerpera prolem,
Et facias anno poſteriore novam.
Et ſic BOURMANIDUM nunquam Domus alta Nepote,
Et careat magnis Friſia noſtra Viris.

In Hortûm Poëtæ.

FLORIDA qui doctis inviderit otia Muſis,
Sacraque lethæis carmina damnat aquis;
Hoc Pecus à noſtro diſcedat & exulet horto,
Sat, ſibi, non aliis, ſi mea Muſa placet.

ASI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

ASINUS præter HOMINEM

Animalium præſtantiſſimum.

NASSOVIUS nuper plena inter gaudia men:
Hæc dabat Hoſpitibus diſcutienda ſuis:
Dicite; vos *Homines* naſci ſi Fata negaſſent,
Quale Animal veſtrûm vivere quiſque volet?
Hic *Leo*, cui nemorum Domino ſe ſubjicit omnis
Bellua, ſupremo gaudet in imperio.
Urſi durities placet impla cabilis iſti,
Nec timet arctoi frigora lenta poli.
Ille *Lupi* mavult prædam exercere cruentam,
Et pavidum Raptor dilaniare pecus.
Iſte dolos verſare novos & fallere *Vulpes*
Geſtit, in inſidiis læta valenſque ſuis.
Sunt quos *Alipedum* veſana ſuperbia vexat,
Et feriunt pexis ſidera celſa comis.
Porcus in obſcænâ cupit alter arare palude,
Qui ventris curam Numinis inſtar habet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

nque alias alii cupiunt ſe vertere formas ;
Quod placet huic, illi diſplicet ingenium.
Ridet & irridet bruta hæc Reſponſa Bibentum,
Et quemvis cæco ludit in arbitrio ,
Vir ſapiens ; dixitque *Aſinum* mea vota ſequuntur,
Si nihil humani reſtet , *Aſellus* ero.
Nec quis miretur talem me velle figuram,
Quippe Aſinis ſummi credita juſſa fori.

SEMPRONIO.

QUEM cupit Auraïcus per te ſibi jungere Princeps,
Coenradus Patriæ cogitur eſſe Suus.
Hinc duo quæ miror : COENRADUM nolle manere,
Et noſtros talem velle tenere Virum.
Friſia quem charum lucro & mactavit honore,
Ingratus patrios linqueret ille focos ?
Quid juvat invîtis leporem ſectare moloſſis ?
Nulla cadet toto, deſine, præda die.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ingenioſiſſimo & Curioſo Advocato,

ALBERTO à LOO.

QUI geris ingenii non infima dona, Camœnas
Per lege judicio, Vir venerande, meas.
Nec velut, indoctis, Aſinorum turba, flagellis
In noſtrum mordax ſurge Pœna, rogo.
Quæ ſcripſi, ſunt vera nimis, Convitia nulli
Dicta. Licent hæc non, dic mihi, quid liceat?
Non me tam fatuum cerebri dementia vexat,
Ut tribuam doctos, immeritis titulos.
QVem non nobilitat virtus, ignobilis audit.
Ruſticus & noſtro Ruſticus ore valet.
Confiteor, ſimulare nego, mea libera Muſa eſt.
Dedecus & primum, verba locare, puto.
Hoc faciant quos prima tenent ſubſellia, quive
Lauta per aucupium præmia ſollicitant.

DE-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

De NOBILITATE.

NOBILITAS quæ non de Marte vel Arte fluebat,
Non erat antiquo tempore Nobilitas.
Artem primus honos; Martem ſua deinde manebat
Gloria. Cedebant Arma ſuperba Togis.
Iam nova Nobilitas noſtrum deſcendit in ævum;
Nobilitas quæ nec Marte nec Arte nitet.
Turpiter ingenuas faſtidit Nobilis Artes;
Et putat in pænam laurea ſerta dari.
Nec ſequitur Martem quo famæ Gloria creſcat,
Sed ſibi contingat Copia dives opum.
Nobilis eſt hodie, qui fæda per Otia vitam
Ducit & immundum Ruſticus urget Opus.
Cui deſunt pulchri bene culto in corpore mores,
Cujus vita ſcatet neſcia Barbarie.
Majorum monſtrat mendaci in imagine vultus,
Connumerans fictæ Nobilitatis Avos.
Si quis forte genus generoſo à ſanguine ducat,
Indignum Proavûm vivit honore Pecus.
Surgite, ſi fas eſt, gelidâ de morte Parentes,
Surgite! quidve ferat poſtera Nobilitas
Cernite! nonne pudet, quod veſtro parta labore,
Nobilitas adeo commaculata jacet!

IN AVARUM.

CLAUDIT Avarus opes, & Opes ſunt Carcer Avari.
Has Hæres, illum Carcere Mors redimit.

IN INGRATUM.

TU Noſter, Galli qui de Pede nomina ducis,
Non Galli ſaltem nomen, at Omen habes.
Gallus ut adverſus proprium fert arma Parentem,
A quo deſcendit vita ſaluſque ſibi;
Sic Tu, cui parta eſt noſtro fortuna labore,
Deſpicis ingratâ munera mente data.
Scilicet haud memor es, quod noſtris ferre ſolebas
Non ſecus ac ſervus torrida ligna focis.
Dic mihi, quare animum tam dira ſuperbia vexat,
Ut non ſufficiat debita meta pedum?
An quia jam nuper mediocri prædita cenſu
Incidit in caſſes fœmina luſa tuos?
Dos propria Uxori. Te tantum cura fatigat.
Nec potis es dotem vendere jure tuo.
Quam miſer eſt Gallus ſociæ de corpore plumas
Qui rapiens, illis corpora nuda colit.
Ergò age, Te propriis pedibus metire; benignæ
Autori ſortis munera redde ſuo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN POËTAM.

MIRARIS tritâ quod *Noſter* Carmina venâ
Scribat? Eum nunquam carpere Mome potes?
Zoile ſi carpis tales, velut ille, Poëtas,
Officium perdis, Zoilus eſſe nequis.
Quæ ratio? ignoto deducit Carmina plectro,
Atque Sibyllinis enucleanda notis.
Carminis ille pedes producit, qui breviandi,
Aſſerit eſſe breves, quos pia Muſa negat.
Scilicet *Horatij* didicit quæ Regula dictat:
Libera ſunt Pictor, quæque Poëta facit.
Zoile prædictum noli magè carpere Vatem;
Ille ſibi ſapiet; ſi tibi diſpliceat.

In Vectigal Doctoratui in Galliis impoſitum.

DICITE cur ſtudiis maneat Vectigal iniquum?
Cur Muſæ pendent tanta Tributa foro?
Scilicet, ut Pallas procul hinc pellatur ad Indos:
Occupet & Gallos Gothica Barbaries.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. D. Senatori,

IOANNI à NYS.

MAGNE Vir heſterno quæ libera lingua locuta eſt
Veſpere, condones illa Patri *Libero*.
Libera vox miſſa eſt: illam revocare pigebit,
Nec pudet ad *Liberum* libera ferre Patrem.
Libera Romano nec ſunt contraria juri.
Libertas nullâ lege favore caret.
Libera lux noſtros ſolvat, minuatque labores,
Ut nos & partes, libera ſitque via.

Ampliſſ. Senatori,

D. THEODORO à SAACKMA

ACCIPE *Neuhuſii* parva hæc Elementa Parenti
Illi magna ſatis, qui ſatis illa legit.
Ire per ambages nihil eſt, compendia quærat,
Qui ſibi doctrinæ vult celerare viam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Mendicum & inſulſum Poëtam.

MENDICE, oblato pro carmine carmina reddo:
Par tibi pro miſſo munere munus habe.
Turpe erit à ſociis nummos ſperaſſe Poëtis.
Ingenii pretio dona rependo tua.
Ne tamen ingratus tua verſus Carmina dicar,
Accipe Brabantûm candida ſigna Ducum.
Si non ſufficinnt præſentia Præmia, diſce
Cultius ad Vatum ferre Poema fores.

IN TEMULENTAM.

QUAM Malè Bella cadit ſub Ponte Corinna Cadente;
Cum cadit hic, ſalvat, cum cadit Illa, perit.
Portitor hunc tollit ſed tollit: Porciger Illam.
Hoc claudente vias, Illa Sinus aperit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. Magnifico Viro, ASSUERO à VIERSSEN, Quæſtori Reg. Domaniorum.

INGENUAS ſpernunt præſentiâ ſecula Muſas,
Secula Muſarum indigna patrocinio.
Sed paucos inter doctas VIERSENIUS artes
Diligit, Aonio dignus amore coli.
Hinc Ego defuncti Chartas Tibi ſacro Parentis,
Cætera quas nihili gens male docta putat.
Contemnant Artes. Ars per ſe Gloria mundo
Sufficit. Indoctos Ars quoque ſpernit eos.

Ampliſſ. Domino Senatori, CORNELIO à BUTTINGA.

MAGNE Vir Ingenii mea parvula dona remitto
Ad tua, qui polles, limina, judicio.
Si non excelſos poſſum ſuperare Cothurnos,
Digna tamen minimâ Carmina noſtra fide.
Supprimat hæc Aulæ manus invidioſa potentis,
Sola mihi judex Curia ſufficiet.

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſs. & ter docto Senatori,

D. GAIO à NAVTA.

QUID juvat æterno ſe conſecrare labori,
Et nunquam requiem dicere, NAUTA, foro?
Tu ſatis æris habes, eſt *Filius unicus* Hæres:
Nec poteris voto plura tenere tuo.
Nix tegit alba caput: ſuccedit tardior ætas:
Et negat officium corpus ut antè tibi.
Ergò age nonnunquam privatis otia curis
Interpone tuis, Vir reverende, precor.
Non ſemper ſcopulos, tempeſtateſque veretur;
Interdum placidis *Navita* ludit aquis.
Fallor? an ut Partes, ut de Te commoda captet
Friſia, non ullo tempore laſſus eris?
O mihi! ſi longum liceat, Te judice, cauſas
Dicere! Te longum, NAUTA, valere rogo.

Ad Doctos & Stultum.

STultorum ſi ſunt plena omnia, non ego miror,
Quod Docti & Stulti jam bene conveniant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. Doctiſſ. Domino

JOHANNI à GLINSTRA,

Senatori Cur. Friſ. digniſſimo.

EN tua defunctus vir limina magne ſalutat
Neuhuſius, cujus neſcia fama mori.
Non munus, Chartaſque leves, ſed reſpice mentem
Dantis, & ex animo munera pende meo.
Quid dare multa juvat, ſi dandi tarda voluntas?
Abſtineat donis, cui dare velle deëſt.
Turbidus hauſtus aquæ, flos primi nuncius anni
Sæpe ſolent magni muneris eſſe loco.
Gratior à vili Regi data Rapa colono
Quam fuit à magno principe Bucephalus.
Forſan & à veteri Tibi plus data verba Magiſtro,
Aurea quam gemmis munera mixta placent.

Ad invitationem Amici.

IAM tecum optarem, Vir conſultiſſime, Baccho,
Et Veneri, ſolito Thure, litare meæ.
Sed vereor nox atra iterum ne triſtia lætis
Miſceat. Heu noſtrum quo dolet uſque caput!

Nob.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nob. & ſumme Doctæ Senatori,

D. EPEO ab AYLEVA.

MAGNE Vir AYLVANÆ qui Gloria maxima Gentis
Doctrinâ, ingenio, mente, fideque vales,
Hæc tibi *Neuhuſii* defuncti ſacro Parentis
Munera chartarum. Perlege ſi placeant.
Si minus, ex animo donantis munera ſpecta.
His majora ferunt vota, preceſque meæ.

In natalem caſam

WIGLII ZWICHEMII.

MAGNUS in hac parvâ natus ZUICHEMIUS æde,
WIGLIUS AYTANÆ gloria prima Domus.
O verè facunda Domus, fœcundaque tellus;
Quæ toto clarum protulit orbe Caput!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. Conſult. Doctiſſ.

D. HARTESIO IEPEMA,

Cur. Friſ. Senatori graviſſimo.

IEPEMA cui quondam Pia Dogmata, culta Parentis
Accipe quas offert Poſthuma cura Scholas.
Inſpexiſſe juvet, didicit quæ prima juventus,
Et videas hinc quæ commoda facta viro.
Fors erit antiquas curas repetiſſe voluptas,
Crede, dabit riſus, materiemque joci.
Hic barbâ, vultuque minax tuus ille *Magiſter*
Rectrici vibrat lignea ſceptra manu.
Nunc puro repetit latios ſermone lepores,
Nunc juvenum Grais fontibus ora rigat.
Iam celſo Orator declamat verba choturno.
Iam numeris Vates bella, viroſque canit.
Mox Regum vitas, & totum facta per Orbem
Magna Ducum ex veris explicat Hiſtoriis.
Interdum culpat mores & fæda juventæ
Acta & Diſcipulos non ſinit eſſe feros.
JEPEMA quem quondam coluiſti in pulvere vivum;
Sit Tecum in culto mortuus hoſpitio.

Mag-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Magno Senatori,
D. MATTHIÆ à VIERSSEN.

MAGNE Vir, heſterno mihi reddita Carmina mane
Quæ tua ſub lucem culta Minerva dedit.
Illis *Collega* Domino ſolatia præſtas,
Ne nimis amiſſæ Conjugis oſſa gemat.
Quam bene! non Citharâ, Chordis, vociſque ſonore
Præſentem quæris tollere triſtitiam.
Sed ſacra Divini promis medicamina verbi,
Autoremque mones ſortis habere Deum.
O utinam! hæc plures recrearent plectra Poëtas,
Friſica non tenebris Muſa ſepulta foret.

In Effigiem Clariſſimi Domini,
D. JOANNIS à SANDE,
Friſ. Senat. Præſidis.

SANDE Decus Geldrûm; Friſiis Supreme Senator:
Iuris Apex, Princeps Nobilitatis honos;
Ara, Forum, Pallas, Civis, Reus, Orbus, Egenus;
Te dolet amiſſum Mundus uterque Patrem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Studioſiſſimum & Nob. Adoleſcentem,
CORN. NYBURCH ab EGMOND,
Magni Patris Filium unicum.

SALVE inter ſacras, NYBURCH dilecte, Camœnas,
Salve animi votum, deliciæque mei.
Hortor ut ingenuas deſudes gnaviter Artes,
Aonidumque ſacris ver juvenile loces.
Mitte nuces, alias inflet tua fiſtula buccas,
Nec magis in ſylvis retia tende feris.
Non ſecus ac volucres incautas fallit Arundo,
Raraque decipiunt retia quadrupedes;
Sic ſe ipſum, & fallit pretioſi temporis horas,
Qui cupit ire foras, qui capit arte feras.
Muſa tibi titulos, & opes Tibi Muſa reſervat,
Muſa dabit patrio ſemper honore frui.

Ad Senatorem.

SI licet hic Tecum triſtes deponere curas,
Verboſique parum linquere roſtra fori.
Eja age! ne cum peſte nova, quam *Leyda* minatur,
In *Vatum* Bulgis peſtis avara regat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN EFFIGIEM
D. EDONIS NEVHVSII,
Gymnaſiarchæ Leovard.
PARENTIS.

ECce virum; celebris quem totum fama per Orbem,
Scriptaque perpetua luce videnda ferunt.
Illo *Friſiados* ductæ *Rectore* Camœnæ,
Lumina ſemotis clara dedere Scholis.
Illius ingenii nuper producta *Theatro*,
Salva Leonini fulcra ſtetere Fori.
Hic ſacra *Fatidicis* pandens myſteria libris,
In *Papam* & *Satanam* bella diſerta tulit.
Poſteritas tanto ſi non bene grata *Parenti*;
Sufficiet *Natis* demeruiſſe bene.

In perfidam Virginem.

IANA cupit Ianum, Ianam capit Ille, ſed Illa
Deſerit hunc, Voti perfida, ſalſa manu.
Scilicet eſt facilis voti jactura Puellis!
Crede minus, nulli fide, caveto Tibi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

SVMMO THEOLOGO, ADRIANO SNELLIO,

Medicinæ Doctori, Paſtori Alcmariano.

OMNIA quæ ſacri conſcripſit pagina verbi,
SNELLIUS ore docet, SNELLIUS arte probat.
Fœderis ille novi, veteris ſeu ſacra revelet,
Invenies illum ſemper, ubique, domi.
Voce gravis, motuque potens, faciliſque lepore,
Dirigit ad cœli corda, animaſque viam.
Quod miror, tantum veneranda ſcientia SNELLI
Pollet, ut antiquis vivat in Hiſtoriis.
Nec pietas probitate minor, non ſanctior illo
Vivit in *Almeriis* ſedibus ullus homo.
Ergo felicem Te; verè, *Alcmaria*, dico!
Quod talis curet Paſtor ovile tuum.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Avarum Divitem.

TANTALUS in medio ſitiebat flumine Lymphas:
Inter opes *Iuli* pauperiem pateris.
i pœna fuit ſiccos tolerare dolores,
Nec licuit potum ſumere, cum libuit.
ſt tibi pauperiem perferre eſt plena voluptas,
Quod libet, atque licet, damnat avara manus.
ic mihi, quis veſtrum potiori ſorte potitus?
Scilicet in terris vivit uterque miſer.

Omnia Venalia.

OMNIA præſenti proſtant venalia ſeclo
Nec quicquam, quod non venditur, orbis habet.
orma, Genus, Pallas, Virtus, Ius, Munera, Cœlum
Venit: habes Nummos? ſingula quæque tenes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In claudum Poëtam.

QVam benè conveniunt inter ſe Carmen & Autor.
Claudicat hoc numero; Claudicat ille pede.

Advocato WILHELMO GHEMMENICH, *Vicino meo.*

JANUA Pauperibus non ſtat tua clauſa miſellis;
Laudo quod ingrato non patet illa viro.
Mendicare ſolet noſtras ad *Julius* aures.
Sed quia mendicus, cogitur ire foras.
Quæ data Pauperibus cum divite fœnere reddit
Chriſtus, at ignavis improbat ille dari.

Do quod abeſt tibi, do quod adeſt mihi, Carmina dono,
Da quod adeſt tibi, da quod abeſt mihi, munera redde.

RESPONS.

Das quod abeſt mihi, das quod adeſt tibi, Carmina mittis
Tu quod adeſt tibi, Tu quod abeſt mihi, Tu tibi ſerva.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad ignaros Tragicos.

STULTE! quid ad tragicum confers te ſæpe Theatrum
Stultitiam præter nil tibi ſcena dabit.
Prodit Romanus timidâ ſub imagine Cæſar,
Magnanimum vilis ſervus agit Dominum.
Vem Fortuna premit, velut altâ ſorte ſuperbit,
Cui favet, in lacrymis ora genaſque lavat.
ro riſu fletus, pro fletu riſus habetur
Democritus triſtes reddit ab ore ſonos.
ui toga purpureo debetur tincta colore,
Sordidus obſcœnâ pectora veſte tegit.
lia maternam ſuperat gravitate ſenectam,
Natum Barba, patrem prima juventa notat.
uos decet à tremulis pia mittere vota labellis,
Et timidâ cœlum ſollicitare prece;
entoreâ fundunt audacia jurgia voce,
Ceu ſuperos cogant ad ſua vota Deos.
ngreditur campum ſocio ſine milite Mavors.
Hoſtis adeſt, inſtat, Mars fugit, Arma jacent,
ympana victorem magno ſtridore ſalutant,
Qui dedit hoſtili colla ſuperba jugo.
ætera quid referam; nihil hic laudabile vidi:
Et dixi, procul hinc, tu fuge ſtulta cohors!

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN PHARISÆOS

PETRO de BOVRD,

Medicinæ Doctori Salmurii.

SCILICET & veſtris habitat *Phariſæus* in oris;
Gallia nec tanto libera tota malo.
Sub longâ tritaque Togâ, ceu Pavo, ſuperbit
Paſtor, & in ſolâ fronte ſedet pietas.
Ignem oculis, vultu mortes, & fulmina linguâ
Emittit judex: Munera redde, tacet.
Splendida *Cauſidicum* malè doctum Purpura vendit,
Et facit inſignem lucida Gemma virum.
Exponit merces ſub primâ fronte valentes
Venditor; emptori cætera turba nocet.
Ut ſervet cives ſpectatos ambit honores;
Sed ruit in patrias *Conſul* avarus Opes.
Fallor? an in Patriis querimur quæ crimina terris;
Illa ſimul toto protinus orbe vigent.

MOR

MORTALITAS.

QUID vita eſt, Lector, niſi verno gramen in agro?
Hanc tanti, Lector, tu tamen eſſe putas.
ra mihi vita eſt, cum primum vita peracta eſt:
Cum cœpi in cœlis vivere vitam aliam.

In Tumulum magni Senatoris,
. *EPEI ab AYLEVA.*

RISIACI imperii lumen, columenque Senatus
AYLEVA pro! Fati concidit imperio.
le ſuum vulnns, crudumque in corde dolorem,
Patria cum toto nunc *Helicone* capit.

In Tumulum Nob. Graviſſ. Dom.
RANCISCI à JONGEMA,
Præſidis Senatus Friſ.

ONGEMA Nobilium decus & lux clara parentum
Credidit hoc fati legibus oſſa loco.
doluit patria ingentem cecidiſſe *Catonem*.
Ipſe ſatur vitæ non negat uſque mori.

JOCUS.

SI Tua Te Conjux ardet M. M. memento
Hem geminare Tuæ, cum tibi jungis eam.
Hem medius labor eſt. Fugat *Hem* repetita dolorem,
Nec finit *Hem* fruſtra baſia blanda dari.
Ne dubita: Genitor retulit tuus *Hem* Genitrici,
Nam veniunt iſthac Nomina Voce tibi.

Ad Formoſam.

QUI tua, *Nympha*, videt ſpecioſi lumina vultu
Felix: Qui te audit, jure *Beatus* erit.
Angelus, in roſeis qui computat oſcula labris,
Sed *Deus* eſt tecum qui cubat in Thalamis.

Invitatio Amici, Andegavi Gall:

QUID Fæces Fumoſque bibis! quid nobile tempu
Tranſigis in fœdo turpiter Hoſpitio!
Galla mihi vinum vitro ſpumante propinat,
Me Regum recreant Oſtrea digna labris.
Ergo age! linque fores, ubi publica fama notatur,
Et celeres ad me, dirige, Amice, gradus.
Fallor? an impediunt quos præbibit *Angla* lepôres:
Crede, ejus putent Oſtrea ſub ſtomacho.

JO

IOCVS.

ALTER in alterius jaciat ſua ſemina fundo,
Vicinique colat Ruſtica turba ſolum.
Nil nocet hoc Domino: cui cedit quicquid in agro
Naſcitur: haud ullum cura laborque juvat.
Non erras igitur, quia cantas *Cucule* prolem
Eſſe tuam; quamvis ſeverit hanc *Titius*.
Defendent Te jura Reum. Si *Titius* illam
Vindicat, huic nullâ lege triumphus erit.
Nam ſequitur ventrem partus, ventriſque poteſtas;
Cum tua ſit, partum quis neget eſſe tuum?
Debita ſed merces pro fido danda labore,
Cultoremque ſuum præmia digna manent.
Hinc tua te meritis vicinia laudibus effert,
Cucule, quod nunquam lis tibi cum *Titio*.

IOCVS.

FOEMINA ſe gravidam perſuadens ſæpè Marito
Mentita eſt Partus tempus adeſſe ſui.
Utque ſibi credat, caput acclinare Pudendis,
Audiat ut Fœtus murmura prima, jubet.
Credulus hic ſequitur ſociæ mandata Cubantis,
Attentâ ad ventrem Conjugis aure jacens.
Illa [tene riſum] natibus dat lora ſolutis,
Et Crepitum ventris de regione vocat.
Attonitus, vocemque putans ſe audire Maritus,
Quod gravida es Conjux, ſtat mihi plena fides
Dixit: Te poſthac ceu diva oracla reviſam,
Nec Pubem Uxoris conſuluiſſe pudet.
Felix qui tali conjunctus Conjuge vivit!
Nam facit illa ſuo *Cornua* ferre Viro.

ELE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

ELEEMOSYNA.

HÆc ego Pauperibus ceu debita munera mitto:
Munera peccatis inferiora meis.
Si non magna ſatis, mea dat majora voluntas.
Præſtat velle magis, quam dare multa nimis.

In Cœnam Domini,

Ad Venerandum & Doctiſſimum

D. FEICONEM OEDSONIUM,

Eccl. Leovard. Miniſtrum.

PANIS quem frangunt, quæ fundunt vina miniſtri
Cum Domini Nobis *Cœna* parata Dei;
Crede, Salutiferos deſignant ſanguinis Imbres;
Ruptaque pro nobis Corpora, *Chriſte*, tua.
Innocuum diro ſuſpenſum ſtipite Corpus,
Mortis & inferni vincla manuſque ſecat,
Sanguine peccati purgamur labe pudendâ,
Et fluit ex rubro candida fonte ſalus.
Ergo Fidem noſtram ſubvertere deſine Dæmon,
In cruce *Chriſte* tua ſtat mihi certa ſalus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Miſſam Papiſticam,

Verè Pio Viro Domino

JOANNI WOMELIO,

Verbi Divin. apud Leovardienſes Paſtori fideliſſimo.

HOSTIOLAM, quâ, *Papa*, tuis peccata remittis,
Corporeum *Chriſtum* quid, miſer, eſſe putas?
Si foret hoc verum, ſunt millia Corpora *Chriſto*,
Aut unum Corpus ſtaret ubique loci.
QVæ ſi vera forent; non ſolâ *Virgine* natus
Chriſtus, & ex *Maria* Corpus & Oſſa tulit.
Aut non Corporeus cœlos aſcendit in altos,
Nec ſedet à Dextris Omnipotentis ibi.
QVæ ſi falſa forent; fruſtra exſpectamus ab altis
Nubibus extremum judicium Domini.
Denique ſi verum eſt quod fingit ſubdola *Miſſa*;
Noſtra Fides binis claudicat in pedibus.
Deſine *Miſſificum* diſpergere *Papa* venenum:
Et cole ſincera Relligione *Deum*.

Can.

Canticum Simeonis,

Ad Excellentiſſimum Verbi Divini Præconem apud Leovard.

FRANCISCUM ELGERSMA.

TANDEM, magne *Deus*, Famulus tuus exeat Orbe,
Et cum pace, rogo, tranſeat in Tumulum,
Jam mihi venturæ ſolvis promiſſa *Salutis*:
Ipſa *Salus* oculis jam mihi viſa *Seni*.
Vera *Salus*! omni populo, quem machina mundi
Continet, in certam ſpemque fidemque data.
Vera *Salus*! clarum *Gentili* lumen in Orbe,
Atque *Abramigenum* Gloria vera domo.

CATONI.

HIc privata ſuo proles *Graviana* Parente,
Conqueritur ſortis millia damna ſuæ.
Ample Vir, à ſolito tantum, rogo, deme labore
Temporis, ut volvas debita jura piis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Clariſſimo Doctiſſimo Viro,

D. GELLIO BOETII

Ecclеſ. Leovard. Miniſtro inſigni ac facundo.

De *Cruce* quæ *Chriſti* preſſit maledicta lacertos

Quam bene *Neuhuſio*, ſermo tuus placuit!

Hinc didiciſſe juvat, quod *Crux* toleranda, dolores

Ferre decet, *Chriſti* ſi comes eſſe velis.

Hinc didiciſſe juvat, quod non *Cruce* libera noſtra

Vita, ſed ærumnis plena, ſcatenſque malis.

Hinc didiciſſe juvat, quod plena potentia *Chriſti*

A nobis tollet, quam tulit ipſe, *Crucem*.

O utinam! poſſem *Crucis* hic perferre labores,

Ut poſt in Cœlo tempora *lucis* agam!

Hoc, Gelli, primos tibi Carmine grator honores

Vive, vale, noſtri ſit Tibi cura Gregis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Reverendum Doctumque Virum,

D. LIVIUM HILARIUM,

Tunc apud Bolſvard. nunc Leovard.
Paſtori piiſſimo.

IN medios qui ſe conjecit CURTIUS ignes;
Et ſua ſulphureis corpora vovit aquis;
Conſpicitur ſacris vanâ ſub imagine templis,
Poſſidet & *Trino* quæ loca ſancta *Deo*.
Debita ſi *Chriſto* loca CURTIUS occupat armis;
Quis neget in Templis *Dæmonia* atra coli!
Ergo agite! & ſacris mox Spectra expellite Templis
Vos, quibus iſtius credita cura loci.
Non Satanæ, Vulgi, non terreat ira Senatûs;
Nemo poteſt ſummo bella movere *Deo*!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Diſertiſſimo ac Doctiſſimo inter Juvenes Paſtori Ripenſi,

D. REGNERO HACHTINGIO,

IN CONCIONEM.

Quod bene de *Sacri* doceas nos Flaminis Aurâ
 Non mirum: in labris Spiritus ille tuis.

RESPONSIO.

Si mea labra ferant divini flaminis auram,
 Cur toties mea lingua ſilet, turbatur & errat?

REPLICA.

In ſtudiis poſſes, titubare, errare, tacere:
 In Cathedrâ optarem me tibi noſſe parem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Facundiſſimo Theologo,

N. LOTIO,

Hagæ Comitis Verbi Divini Præconi exercitatiſſimo.

INGENTEM paucis verbis tua lingua, *Iehova,*
  Impreſſit *nobis Iuſtitiam* miſeris.
Dulce, ſalutare, & nomen prægrande *Iehova,*
  Nos certam Cœli ſpemque fidemque doces.
Docte, Gravis, Facilis; LOTI facunde Miniſter;
  QVis ſuperat tantum voce, vel arte caput!
Non memini ſimiles unquam me audire lepôres,
  Nec tam divinâ voce ſonare virum.
Magnatum ſedes & celſi *Principis* aula
  Haga illo felix dicitur eſſe Patre,
Felix *Haga*! Viro felix Eccleſia tanto!
  Felix qui LOTIUM ſemper habere poteſt!
Quid petitis noſtros peregrino à ſole Miniſtros,
  Vos, quibus *Hagenſis* credita cura Gregis?
Sufficiat vobis pro multis LOTIUS unus.
  Unus multorum ſuſtinet ille decus.
Invidiæ ſpecies & avari crimen habetur,
  Vicini meſſem jungere velle ſuæ.
Turpè dari *Crœſus* de paupere poſtulat *Iro*:
  Dives habet, donet; pauper eget; teneat.

Haga ſibi numerat plures quam *Friſia* laudes.
Plena ſcatet doctis *Principis* Aula Viris.
Illic divinos effundit LOTIUS imbres,
Et puro reſonat pectine *Streſo* Deum.
Magni magna patris ſoboles *Triglandius* illic,
Vicinum cœlo monſtrat & urget iter.
Ergo noſtra ſuum teneant Delubra *Tobiam*;
Nec Friſios docto jam viduate Viro.
Aut ſi forte preces mandataque *Principis* urgent,
Tobiam patriis ſedibus ire procul.
Hoc agite, & noſtro LOTIUM mutate *Tobiâ*,
Aut LOTIO æqualem reddite, quæſo, virum.

Excellenti Theologo Snecano,

L' E S P É R,

In habitam Concionem.

EX *Chriſti* quot non manarunt ſanguinis imbres
Corpore, qui noſtram purificant animam?
QVæ non *ſpem ſuprà*, retuliſti ex ſanguine *Chriſti*
Dogmata! quæ noſtrum lætificant animum.

De-

Decalogus Domini.

Reverendo, Doctoque Seni,

ALBERTO NYENHUYS.

Paſtori Neocleſiæ Geldrorum fideliſſimo,

AVUNCULO.

ME cole, non alios *Iſrël* Dominumque Deumque
QVi te Ægyptiaco revocavi ex carcere vinctum
Ne ſculpas faciaſque tibi ſimulacra Deorum,
Qui terrâ cœloque habitant, vel in æquoris undis,
Abſit ut his reddas ſacros reverenter honores,
Quippe odiis plecto Patres, Patrûmque Nepotes
Qui mea contemnunt peregrino dogmata cultu.
Quos autem mea ſacra juvant, qui juſſa ſequuntur,
Horum ego, nec pono numerum, miſereſco paternè,
In buccam haud veniant temerè ſacra nomina celſi

Numinis, hoc nunquam Dominus patietur inultum
Sabbatha ſacra tibi maneant, bis treſque labora
Sedulitate dies; nam lux ſtat ſeptima ſummo
Sacra Deo, quâ nil facies, neque Filius, aut quæ
Gnata tibi, aut qui ſunt Servi, Servæque miniſtrant
Nec pecus aut portas inter peregrinus amicas.
Nam poſtquam cœlum, terram, mare, & omne creavit
Hac ipſa requiem ſibi ſumſit luce Iehova
Hinc benedicta Deo, & ſunt *Sabbatha* ſanctificata.
Et Patrem & Matrem multo cumulabis honore,
In terris longum ut vivas. ſic Hoſpes in illis
Felix invenies te proſpera fata morari.
Non Occide. Tori ſerva pia jura jugalis.
Abſtineas dextram à Furto. Non crimine falſi
Fratrem læde. Domum Fratris, Fratriſque Maritam
Nec Servum, Vernam, Vaccam, Fratris nec Aſellum,
Nec pete quod Fratris proprium voluit Deus eſſe.

Sym-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Symbolum Apoſtolicum.

Acutiſſimo Theologo,

D. JOANNI MONACHIO,

Avunculo Paſtori Ultra*jectino vigilantiſſimo.*

CREDO Deum in Patrem, Dominum cœliqùe
ſolique.
Et Ieſum in Chriſtum, Natum Patris Unius Unum,
Vem mundo, non nupta Viro, pia Virgo Maria
Parturiit ſacri conceptum ex Flaminis aurâ.
Qui ſub Pilato paſſus, Crucifixus, & atro
Conditus in Tumulo. QVi ſe demiſit ad orcum.
Tertia quem vivum rurſus lux reddidit orbi.
Qui cœlos adſcendit ovans, quem Dextra Parentis
Excepit: Iudex, Vivis & Morte peremptis,
Venturus, ſuprema dies cum venerit olim.
Credo Tibi Sacrum Flamen. Credo omnibus oris
Quod vivat Gens ſacra Deo. Quod crimina Nobis
Condonabuntur. Quod Corpus & Oſſa reſurgent.
QVod dabitur poſthac æternæ Gloria vitæ:

Nob. Senatori,

EPEO ab AYLVA.

QUis negat AYLVA Tuæ linguæ ſervire Miniſtram
Quamlibet? AYLVANO quælibet ore ſonat.
Plurimus in linguâ nitor eſt. Cui lingua parata,
Ille ſibi ſervum ſubiicit omne Pecus.

Eximio Paſtori Worcumenſi,

D. GERRARDO FOSCULO.

UT quondàm *Angelicus Chriſti natalia cœtus*,
Et cecinit *Sobolem Virginis* eſſe *Deum*.
Gloria quæ *Cœlis*, quæ ſit Pax aurea *Terris*,
Cumque *Deo placitum* ſit *bene Chriſticolis*,
FOSCULE, ſic nobis divina hæc nuncia cantas,
Ætheriis donis, Angelicoque ſono.
Worcumium hoc meritò mecum lætare Miniſtro.
Quô creſcente tibi Gloria major erit.
Hinc *Eri* vade procul! veteres diſcedite lites!
Ut Pacem foveant Curia, Templa, Scholæ.

Ad Clariſſimum Doctiſſ. Conſult.

D. JOANNEM CLINGBYL,

J. U. D. Secretarium & Conſulem Harling.

SI Scatet hoc vitiis, mendiſque Poëma redundat,
Exorant veniam credita Iura mihi:
Non datur ob ſtrepitus, quos rauco Ruſticus ore
Perſonat, Aoniis Otia ferre Deis.
Tu, mihi, ſi placeat, judex ignoſce Poëta.
Et placidâ Carmen perlege fronte meum.
Quêis mea ſi de te votis & honore fruatur
Muſa, tuum nunquam judicium fugiet.

Nobiliſſ. Viro,

ORICHIO à DOYEM.

QUÆ Tibi præſenti pro munere dona rependam
DOYEM? habe, quæ dant vota preceſque meæ.
Vaſcula *Conteri* quot guttas plena recondunt,
Tot tibi concedant fata benigna dies.
Ulteriora cupis? Tua Tecum ſalveat *uxor*
Nobilis, amplexu læta valenſque tuo.
Plura tibi nequeo perſolvere munera DOYEM,
Nam tua plus noſtrâ poſſidet arca boni.

Doctiſſ. Conſultiſs. Domino Doctori,

IODOCO ROYER,

Penſionario Worcumenſi, Anteceſſori meo.

SI vacat in triſti Muſas attendere Caſu,
Forſitan in lacrymis Muſa levamen erit.
Hic legis, ut doctis mercedem & præmia vulgus
Tollat, ut Indoctos gloria prima colat.
QVem tu nunc luges crudeli morte peremptum,
Filius, extremá ſorte beatus erit.
Quam non in terris potuit ſperare ſalutem;
Hac fruitur gaudens ſedibus ætheriis.

Doctiſs. Conſultiſſ. Viro-Juveni,

REGNERO JEPEMA.

I. V. D. *Advocato.*

ACTA meo nuper tua Carmine fata dolebam
JEPEMA: nunc vitæ proſperiora cano
Carmina. Carminibus ſi poſſem extendere vitam.
Carmina præſenti veſpere plura darem.

Do-

Docto Philoſopho,

D. JELMERO WYBRANDI,

Cum Magiſter artium promoveretur.

DILIGIS Aonias nimium JELMERE Sorores;
Et tibi Prudentum Ianua tota patet.
Ingenii volitas celſum ſuper æthera pennis,
Et Natura tibi ſubjacet ipſa potens.
Poſt duras animi curas, & tædia vitæ,
Dulcia Nectareo pocula fonte bibis.
Laurea florentem decorant nunc ſerta juventam,
Et titulos donat Dux tibi *Ariſtoteles*.
Palladiæ hoc pretium Muſæ, nomenque Magiſtri,
Gratulor ex Animo, dulcis Amice, Tibi.

Doctiſſimo Medico, Theologo,

N. GALENO,

Cum Amſtelrodami apud Mennonit. facundiſſime Concionaretur.

JURE Tibi duplicem tribuo *Galene* Coronam;
QVi doctâ ſanas Corpus & Arte Animam.

COMITI
WILHELMO FREDERICO,
Friſiæ Gubernatori, &c.

MUNERA ſi fas eſt Chartacea munera dici:
Dat tibi *Neuhuſius* munera, MAGNE COMES.
Non magnam exſpectat mercedem à munere parvo,
Ampla ſatis merces, munera ſi placeant.
Si non dignaris, dives, tibi munera mitti;
Exorent veniam Munera noſtra tuam.

Doctiſſimo, Conſultiſſimo Jcto.
IOANNI de VENO,
I. U. D. Advocato ſeniori.
Scholarchæ Leovard.

SI lubet, & feræ permittunt ægra Senectus
Corpora, ſi *Baldus*, *Bartolideſque* ſinunt.
Perlege Romano hæc pia dogmata culta lepore,
Quæ dat *Neuhuſii* poſthuma cura Patris.
Hic linguam firmare, ſtylum formare juventus,
Diſcit, & ornatè ſcribere, recta loqui.
Forſitan & Senibus placet huc divertere Curas.
Nec pudor eſt canos invigilare Scholis.

Am-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ampliſſ. Dominis Commiſſariis,

ALLARDO PETRO à IONGSTAL, E T *CORNELIO BUTTINGA.*

EX Zephyri ſpirent venti regione ſecundi,
Nec magis immittat turbidus Auſter aquas;
Ut cito *Venenas* ſalvi labamur ad oras.
Noſter ubi Batavas *Boulius* haurit aquas.

Peracto itinere ſic:

Jam mea læta bono ſucceſſu vota fruuntur,
Vota procelloſo debilitata die!
Hoſpes ades! fer ligna focis, alimenta camino,
Flammeus ut recreet frigida membra calor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Advocatum Martini.

MARTINUS cecinit malè comptis *Arma* libellis;
Nec tantùm cecinit, ſed dedit *Arma* quoque.
Arma det, *Arma* canat. Iuſtus non vincitur *Armis*;
Si non conveniant legibus *Arma* ſuis.
Scilicet infamem Autori ſine lege ruinam
Arma creant. Leges exigit Alma *Themis*.
Arma decent, campo quando inſtat miles aperto:
Arma ſilent, quando legibus ire decet.
Hinc *Martine*, Tibi Pars nunc adverſa, monebit
Ne magis *Arma* canas, ne magis *Arma* feras.
Si tuleris poſthac, propriis eris obrutus *Armis*.
Nec poteris *telis* tutior eſſe tuis.

D. HENRICO KOLDE,

Rectori Scholæ Leovard.

SI vacat, *Uxorem* ſi non mala tædia ducunt;
Te ſibi *Neuhuſius* quærit adeſſe parum.

Re-

Reverendo Viro,
JOANNI DUREN, J. U. D.
Cum remitterem ipſi quatuor Ducatones aureos, *quos mihi pro carmine obtulerat.*

AUREA curaſti pro Carmine Munera mitti:
Qualia *Neuhuſius* munera ferre negat.
Non eſt ingenui ſua verba locare Poëtæ.
Credas! verba dabit, qui ſua verba locat.
Si mea Defuncti non lædunt Carmina Manes,
Ampla mihi merces reddita. Vive, vale.

Ad Hæredes Nobiliſſ. Domini,
GODSCALCI ab HIDDAMA,
Ejuſdem argumenti.

PRo Verbis Nummos, pro Chartis mittitis Aurum:
Plus hodiè noſtris munera veſtra valent.
Plus valeant aliis! Mea non venalia nummis
Carmina. Me Vatem Gloria ſola fovet.
Verba dedi, Chartaſque leves. Vos reddite Chartas,
Aut ſi non Chartas, reddite Verba. Satis.

Do-

Docto Juveni

THEOTARDO à BOELEMA.

In Diſputationem Juridicam,

Nunc Aſſeſſoris judicii militaris in Friſia.

QUam bene te ſacris devincis BOELEMA Muſis,
Dum Themidos doctâ pulpita voce feris.
Dum tua perpetuis inſcribis nomina faſtis,
Et ſuper extollis nobile plebe caput.
Innumeris cedit numeris tibi priſca vetuſtas,
Quæ decus à Phario marmore ſtulta tulit.
Noſtri Turba Fori cœptis quoque talibos auſit
Attonita in Muſas fortius ire ſuas.
Felicem, multaque fero te ſorte beatum,
Qui ſtudiis ævum ſic juvenile locas.
QVi non in ſacro ſegnem te pulvere præſtas,
QVem non ſacrilego tramite flexit amor.
Materiem noſtri te gratam Carmlnis offers,
Sed ſuperas venam, BOELEMA docte, meam.
Ardua Palladii ſcandis faſtigia collis,
Et frueris Phœbo nunc propiore Deo.
Fac Deus, ut longùm chari fortuna ſodalis
Regnet poſt fati funera ſera mei!

Ma-

Magno Viro,

D. PETRO à WALTA.

SI ſervare Fidem prima eſt atque optima virtus,
Non erit impietas fallere velle fidem?
[S]pes fuit in Patriis tua nomina ſcribere Chartis,
Poſſet ut à ſero WALTA nepote legi.
[S]pes fuit, aſt miſerè me nunc ſpes iſta fefellit.
Cur? quia Magnatum ſtat temerata fides.
[I]lle, mihi, juratque Deo, promiſſa tenere;
Sed promiſſa velut fumus & aura volant.
[Is] te datâ poſcit ſanctiſſima Numina dextrâ:
Attamen in ficto corde ſiniſtra facit.
[H]ic Cyathis vult eſſe fidem, vitroque propinat
Vota, ſed ut vitrum vitrea vota cadunt.
[E]ſt, qui vulturios, lucri ſpe, porrigit ungues,
Atque auro vendit quæ dare ſponte decet.
Sic ego, ſic pietas, ſic tu quoque falleris Heros.
Scilicet eſt virtus fallere poſſe bonos.
[S]ed ſe ipſos fallunt qui ſic me fallere quærunt.
Eſt melius falli, quam dare verba, aliis.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Diſputationem Juridicam,

GOTHOFREDI à JORRITSMA,

Poſt. Secret. Leovard. ejuſdemque Civitatis Penſionarii Cognati.

DIVERSIS ſtudiis rapitur virtutis ad ædem
Mens hominum. Vario conamine tentat avitum
Veſtigare decus famæ; qno nobile Nomen
Efferat, & vulgus ſupra rude proroget annos.
Non ſudor gelido attenuat ſub pectore Curas,
Non cauri indomiti atque Hyemis truculentia triſtis
Tardat laudis opus. Validæ ſententia menti
Conſtat. In adverſis ſuperat Fiducia rebus.
Hic Freta Silveſtri ſulcat ſpumantia pinu,
Phœbeaſque domos, nec noſtro à ſole remotos
Æthiopes luſtrare timet; modò gloria factis
Creſcat, & ad ſeros tranſmigret ſama Nepotes.
Ille feram belli rabiem, Martemque cruentum
Saucius attentat: Non mille pericula rerum,
Non gemitus duros, non mixto grandine flammas

Ex-

xtimet, aut calidis gaudet deſiſtere pugnis.
ulti Divitiis decus immortale caducis
dſcribunt, vanæ & ſuccenſi laudis amore
orraſis tentant Gazis extendere famam.
int qui marmoreis nitentia Tecta columnis
Ædificant. Phariaſve ſtruunt ad ſidera moles.
venies alios, quibus eſt placuiſſe voluptas
agna viris, quos non obſcura ſede locavit
ortuna, atque humilis depreſſit origo Parentum?
lter honoratâ poſitos in Virgine cenſus
onjugioque putat magno, quo paupere lecto
ltius exſurgat, rerum & potiatur habenis.
ſt Tibi ſola placet ſancti Prudentia juris,
obilius reliquis ſtudium. QVo fretus, honoris
nſignes referes Titulos, & laudis avitum
cquires GOTHOFREDE decus, repeteſque Paternos
QVos Tibi, prævideo, donabit Curia faſces.
rgo age! propoſitum conſtanter, Amice, laborem
'erfice, nec fucata Venus, nec fœda voluptas
Aſtreæ ſtudii felicia cœpta moretur.

De-

Doctiſſimo, Conſultiſſimo Viro,

D. HYERONIMO de BLAU,

Advocato & Syndico Leovardienſi.

CARMINA quis noſtro malè culto ſcriberet ævo?
Faſtidit doctos *Principis Aula* pedes:
Non tutum dignata locum, quo *Muſa* lateres.
Sic miſer, ante alios, ibis *Homere* foras.
Nil petimus *Vates.* Nobis ſunt præmia laudes,
Præmia divitiis anteferenda malis.

Doctiſſimo Domino Doctori Advocato

VVALERII.

AD Cœnam invitas, & lautæ fercula menſæ
Neuhuſium, à Cœnâ quem vocat alta quies.
Scilicet in Dapibus non eſt tam grata voluptas,
Quam mihi, poſt *Rhedæ* verbera, lectus erit.
Gratia multa Tibi, ſit Gratia plena *Sorori*,
Cui precor, ut felix *Craſtinus annus* eat.

Do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Doctiſſimo Viro,

HENRICO KOLDE,

Rectori Leovard. & Hiſtoriographo Friſiæ.

EX Animo, Non Arte, Tibi mea Carmina mitto;
Ars habitat veſtris, Vir Reverende, Scholis.
[K]OLDE Animum ſaltèm ſpectes. Indigna Camœnis
Corrige, Tolle, Nova: Tunc meliora dabo.

Doctiß. Domin. Paſtori Worcum.

[D]. *BERNHARDO SYLVIO.*

NON mea ſunt ſacris contraria Carmina libris,
Odi quæ ſpurcus verba Poëta canit.
[H]inc age! Divinis ſocies te, Muſa Miniſtris
Neuhuſii. Forſan repperies Socios.

Doctiſſ. Conſultiſſ. Domino Doctori,

[R]*ENICO HANSMA,*

Secretario Worcumenſi & Advocato.

NON ſemper lacrymas ad chari funus Amici
Noſtra dabit, luctu Squalida, Muſa, malo;
[I]nterdum ſocii nova cantat Gaudia lecti:
Gaudia! quæ dulci ſunt comitata Ioco.

RIC-

RICHELIEV.

Dives eras *Armande loco* cum Gallia Regnum:
Pauper, ubi ſeptem dat tibi Terra pedes.

ARMANDVS.

Dicitur *Armandus* teneris *Richelius* annis:
Armatus toto claruit orbe *Senex*.

Clariſſimo Poëtæ,

HENRICO BRUNO,

Apud Hornanos Conrectori Scholæ.

Forſitan, inquires, cur dem ſine nomine Verſus;
Cur neget Autoris candida Muſa manum?
Hoc cape reſponſi: nihil eſt niſi fabula Vulgo,
Qui ſua dat *Friſico* ſcripta videnda ſolo.

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN TUMULUM,
Nobiliſſ. Doctiſſ. Domini,
HECTORIS à GROUSTINS,
Senatoris Friſici.

NOBILITAS, Doctrina, Fides, Prudentia, Virtus,
  Hâc Tecum GROUSTINS contumulantur Humo.
Friſica quem coluit Supremum Curia Patrem;
  Iudice quô miſeris ſunt data jura reis,
Hic poſuit Mortale ſuum. Pars neſcia mortis
  Incolit ætherias Mens, ſine labe, domos.

Docto & Claro Poëtæ,
D. *JOANNI NICOLAI.*

SCILICET extinguis divinæ lumina venæ,
  Lumina, cœleſti digna micare polo!
Grande nefas, auri Tibi credita, munera terris
  Condere: des Aliis Mutua; Fœnus habes.
Sulmo Naſonem, nec haberet Roma Maronem,
  Si non ſparſiſſent ſcripta per Ora virûm.
Hinc age! perpetuæ ſacres tua Carmina luci,
  Et mecum in Friſia, *docte Poëta*, cane.

Doctiſſimo, Solertiſſimo Advocato,
IACOBO HARTIO.

GUTBERLETHUS habet, dapibus queis menſa referta
Veſtra fuit; quali condecorata mero.
Grates gratus agit Tibi GUTBERLETHUS, & optat,
Ut tecum eveniat ſæpiùs eſſe ſibi.
Laudo Virum, laudo ingenium. Sed noſtra Thalia
Eſſe Tibi Sociam non licuiſſe dolet.

Ad inſignem & facundum Eccleſ. Mennon. Miniſtrum,
HEXTER.

HEXTER, ùt audivi, nomen tibi, *Dexter* at illu
Eſſe decet; tantâ Dexteritate vales
Chriſtiadum Populo Myſteria pandere ſacra.
Hei mihi! quod noſtri non cupis eſſe Gregis!
Ex Te hodie didici, quàm dira *Calumnia* peſtis,
Cui Genitrix *odium*; cui Pater *invidia*;
Semen *Avarities*. Si non contraria ſuades,
Sæpiùs optarem te *Monitore* frui.

AD EUNDEM,

Poſterâ ſeptimanâ tempore veſpertino docentem.

ERgò iterùm in ſacras *Hexter* deſcendis arenas;
Dextraque Doctrinæ das monumenta tuæ?
Et peccata doces, quêis Fœmina Virque laborat,
Et, quàm ſit Chriſti Gratia plena, doces.
Perque Fidem Lacrymaſque doces reſipiſcere tandem,
Ad Cœlum ut facilis ſit via Chriſticolis.
Cur non ſub mediâ nobis ſacra dogmata luce,
Et Soli proprio fers pia vota die?
Scilicet, à ſpiſſis quantùm lux clara tenebris
Diſtat, ab Auroræ lumine veſper abeſt;
Tantùm etiam à bardis diſtat tua lingua labellis;
Et mihi lux mediis diceris in tenebris.
Eia age! te noſtris addic, *Vir candide*, Templis;
Nec *Chriſto* proprias deſere, Paſtor, oves.
Et tecum errantes ſimul huc adverte Columbas,
Quod facilè, doctâ ſimplicitate, potes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN EFFIGIEM
HENRICI NEVHVSII

PINGUNTUR hìc NEUHUSI
Vultus & Ora Friſii.
Qui ſperat uſque vivere,
Dum *Iura*, & *æquum* gaudeat
Sedere Roſtris publicis;
Boniſque pendi præmia;
Maloſque pœnas reddere.
Dum gaudeat *Reſpublicas*
Servare leges Patrias;
Integritatis tramites
Non opprimi Tyrannide
Potentium, vel Divitum
Suffragiorum calculo.
Eccleſiam dum gaudeat
Magi Simonis artibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Doliſque peſtilentibus,
Contaminatam, ſurgere
Apoſtolorum Symbolo.
Dum poſſit hæc *Cromvellij*,
Victoriis inſcribere:
Cecidit ſuperbus *Pontifex*!
In pace vivit *Iſraël*!
Gaudete *Belgæ* Congreges!
Deoque laudes pangite.

Clariß. Conſultiſſ.

D. ROMBERTO HENTINGA,

Advocato, Poetæ, Eximio.

Musarum à noſtrâ tu ſuppellectile librum
Quæris? & à mutis mutua verba petis?
Scilicet in tenebris jacet & ſqualore *Minervæ*
Neuhuſii, & ſolitum vix tenet illa locum.
Væ ſed ei! *Themidem* qui nullo jure fatigat!
Invenient illud *Pluto*, *Megæra*, Scelus!
Interea autoris nomen mihi mitte, petenti
Tota tibi præſens Bibliotheca vacat.

Satyra in Satyram,

D. JOANNIS BOURICII,

Syndici Amelandiæ, Poëtæ eximii.

CUR Satyram *Auraicis*, BOURICE, coloribus ornas?
Non color huîc *Satyræ* convenit ille tuæ.
Purpureos ſuccos tibi terra *Britanna* miniſtret,
Sic ſpires nitidas, ingenioſe, *Roſas*.

AUTORI.

MItto Poëma tibi, Vates facunde, quod olim
Fudiſti noſtri Patris in exequias,
Reddo tuos verſus, ſed reddo tardiùs æquo,
Carmen, Apollineo *quale ſub ore cadit.*
Penſo moram tamen hanc, adjuncto carmine noſtro,
Perſtat adhuc, ſolo tempore lapſa, fides.
Magne Vir, *haud multis verbis ego garrulus utar,*
Sed paucis animum ſignificabo meum.
Irriget, exornet, foveat, Labra, Tempora, Corpus
Vino, Flore, Cibo, Bacchus, Amica, Ceres.

JOANNES BOURICIUS.

Cu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Curiæ Friſicæ Supremæ,

Kal. Ianua. 1655.

AD ſolitos *Patriæ Patres* redière labores,
Et repetunt ſanctæ munera juſtitiæ.
O veræ Virtutis opus! Si Friſia leges
Negligat, heu! quo non Barbara Turba ruet!
Ante oculos erit Exitium. Reſpublica Fatum
Sentiet, in paucos intemerata dies.
Ipſaque Divinis fundata Eccleſia fulcris
Concidet, & Papæ colla manuſque dabit.
Hoc averte Deus! Novus & feliciter Annus
Sub Patrum & Legum tranſeat imperio!

Ad Clariſſimum, Doctiſſimum Dom.

D. PIBONEM à DOMA,

Ordinum Friſiæ Secretarium.

CUM Patrias *Frater* Vates devenit in oras,
Dic mihi, cur noſtros præterit ille lares?
Scilicet antiquum hoc, *Fratrum quoque gratia rara*,

Obtinet! Antiquo ſtet licet Ille pede;
Me *Fratris* tamen urget amor. Mea janua *Fratri*
Tota patet. *Fratri* Mens Animuſque patet.
Ergo age, DOMA, tuis *Fratrem* dimitte tabellis,
Et mihi ſint *Fratris* Carmina deliciæ.

RESPONSUM.

AD te Muſa venit Fratris *præclare* Poëta,
Fratris Muſa toris officioſa meis.
Debuit hanc Fratris titulis felicior hora,
Debuit hanc nobis non ſimulatus amor.
Ut ſe tollit humo & vates ſupereminet omnes!
Teſtis ad id varii Carminis ordo tibi.

REPLICA.

QUAMVIS dent Animam ſacris bona Vina Camœnis,
Tollunt de noſtro Carmine Vina Decus.
Craſtina ſi dederit lux ſacris otia Muſis,
Cultius à ſanâ Pallade Carmen erit.

PA-

PARENTATIO

IN

Triſtes Exequias,

Nobiliſſ. Conſultiſſ. Magnifici, &

Doctiß. Domini,

D. ORICHII à DOYEM,

Supremæ Friſiorum Curiæ Se-

natoris Præſidis, &c.

SCILICET in Friſiæ conſpirant fata ſalutem,
Et furit in Doctum Mors ſcelerata Gregem!
Quot nuper cecidere Viri, cum Neſtore digni
Longa per innumeros ducere fata dies
Ulterius ſævire juvat. Furiale venenum
Spargitur in Patriæ ſingula quæque loca.
Ipſaque bis ſenum Legalis Curia Patrum,
Cujus ab arbitrio vita neceſque fluunt;

Iam Mortis patitur leges: captivaque tendit
Vincta triumphanti colla manuſque Neci.
DOYEM; Primus eras patrij Præſeſque Senatus,
Atquè in Friſiaco Gloriâ ſumma Foro;
Non genus obſcurum natalia prima notârunt:
Sed dedit antiquus nobile nomen Avus.
A teneris, ut fama docet, fuit integra morum
Vita tibi; ſtudiis dedita vita piis.
Otia, ceu peſtis vitabas fœda venenum.
Sola tibi Pallas Muſaque grata fuit.
Diva Themis charum ſibi te quæſivit alumnum,
Cujus in amplexu trita juventa fuit.
Annis ut venit major labentibus ætas,
Reſque tuum quærit Publica conſilium;
In Patriæ vigilas multo ſudore ſalutem,
Atque probè exornas quæ tibi Sparta datur.
Iam ſacra jura foro dicis, legeſque malignis
Scribis, & addicis præmia magna bonis.
Nunc trepidus juſtuſque Cliens, Te judice, gaudet:
Mox datur ex meritis pœna cruenta malis.
Interdum reparas, queritur quæ Friſia, damna,
Damna per *Auriferos* conciliata Deos.
Nec, Friſiæ commune malum, ſcelerata movere
Ambitio potuit corda manuſque tuas.
Alter in Aucupio veſani vivat honoris,
Quærat & illicitas Ambitioſus opes,
Tu, faſtidiſti facilis Mendacia dicti,

Nec

Nec placuit mixto perfida lingua dolo.
QVando alios feſtum Bacchi Cereriſque tenebat,
Aut quatuor Regum picta Tabella juvat;
Te ſacra Divini recreabat pagina verbi;
Et cum prole tua reddere vota Deo.
Hæc vitæ tibi norma fuit; fuit illa voluptas;
Hic tibi luſus erat; ſic tibi trita Dies.
Attamen in diræ recidiſti vincula Mortis,
Nec tua de tumulo libera vita fuit.
Non licuit magis ac alius, protendere vitæ
Limina, nec celeris ſiſtere mortis iter.
Civibus inciſas leges & jura dediſti:
Non curant leges juraque Fata tuas.
Conſiliis ſtat ſalva tuis Reſpublica noſtra:
Optima contemnit Mors fera Conſilia.
Non vos fata pudet, talem, quo Friſia longùm
Floruit, è medio tollere falce Virum?
Scilicet, hæc virtus, hæc ſola eſt gloria veſtra,
De Dominis prædam ducere Principibus.
Curia purpurei Sedes veneranda Senatus,
Unica quæ Friſici Lauſque Decuſque Fori;
Heu! quot non paſſa eſt furibundi vulnera Fati!
Vulnera, quæ nullo ſunt reparanda die.
Nondum per Friſiam bis tertia vertitur æſtas,
Unde ego ſuſcepi dicere jura Reis;
Hoc tamen exigui ceciderunt temporis orbe
Octo *Senatores*, Lumina vera Fori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ex illis primus BOURICIUS edidit auras,
Eloquii Princeps, Gloria Pieridum.
Inſequitur Vindex morum, juriſque Sacerdos
SAECKMA, Decus Sophiæ, dum ſibi vita fuit.
Se jungit *Genero* BONERUS in ordine juſtus;
Cui ſincera fides linguâ animoque fuit.
Accedit Friſiæ Lumen, Columenque Senatus
SANDIUS, in ſcriptis quem tibi repperies.
IONGSTAL, ingenio præſtans, multoque labore
Fervidus, & legum dexteritate valens.
IONGEMA, Protector Viduarum, & Tutor Egenûm,
Et bene fumoſis clarus imaginibus.
PRUYSSENIUS, quem non vulgata ſcientia laudat;
QVique ſuis meritis vectus ad alta Fori,
In Mortis cecidere manus, vitæque ſub umbram,
Fatorum arbitrio juſta dedere ſuæ.
Octavum comples numerum defuncte SENATOR
In cujus tumulum ſpargimus has lacrymas.
Fallor? an in triſtes incurrit Friſia lapſus,
Cum Patres vitâ diffugiente cadunt?
Non ſecus ac puppis fido ſpoliata Magiſtro,
In vaſto patitur naufraga damna mari;
Sic lapſura ſuum ſpectat Reſpublica Fatum,
Cum ſtat ab egregiis jam viduata Viris.
Friſia jam dudum tenebris immerſa fuiſſet,
Facta vel infamis præda, *Philippe*, Tibi;
Ni Deus infracti reparaſſet damna Senatus,

Or-

Ornâſſetque aliis triſtia Roſtra Viris;
Quorum Conſiliis, dextrâ, pietate, fideque,
Friſia conſpicuo tollet honore caput.
Ad vos ſe vertit, quêis VESTERGOA poteſtas,
Muſa Patres, quorum pendet ab arbitrio,
Defunctum præſtante Viro decorare Senatum,
Paſſaque majori pendere damna bono.
Ergò agite, & Patriæ moveant vos commoda tantum,
Commoda, quæ reliquis anteferenda bonis.
Exulet à vobis laudis ſcelerata Cupido:
Et ſummi Ambitio fons & origo mali.
Unanimis ſociet mentes animoſque voluntas:
Pax bona conſilium cœptaque veſtra regat.
Non *auratus Eques*, non *fulvi* ſceptra *Jacobi*
Cum ſociâ obſcurent lumina veſtra manu.
Ite procul Muſæ, Romanaque jura valete!
Si poterit docti Dives habere locum.
Non rudis exoret votorum *Nobilis* urnam,
Nec favor *Agnatos* promoveat lepidos.
Maxima *Nobilium*, dolor ô! pars negligit artes
Quos magis arma decent, quam ſacra jura fori.
Hunc vult Muſa Virum: Cujus Doctrina, fideſque
Et pietas viduum demeruere locum.
Qui coluit ſacras multo ſudore camœnas:
Cui fuit aſſiduo ducta labore dies.
Quem juris Tituli, Legum Digeſtaque, Codex,
Iuſtitiam docuit, IUSTINIANE, Tuam,

Si Judex legum malè ſſit verſatus arenâ,
Sit bona cauſa tibi : Pars tua vincet eam.
Non ſecùs indocto credis ſub Iudice lites,
Quam ſi det fallax *Alea* Iudicium.
Doctrinæ accedat Pietas, Themidoſque labores
Reddita promoveant vota preceſque Deo.
Hujus ad arbitrium mandataque judicet omnes:
Protegat ore Bonos: Puniat enſe Malos.
Non magis huic facilis: non exſtet durior iſti,
Æqua lance ferat condita jura Reis.
Munera portanti claudatur Porta, Manuſque
Perfida non capiat ſplendida dona ſibi.
Sint Pauper Diveſque pares. Et cauſa Minoris
Non ſit Supremi Conſulis inferior.
Scilicet ad cœlos Viduæ ſuſpiria mittunt,
Et mala Perverſi Iudicis acta notant!
Sed tu, magne Deus! Iudex ſupreme Senatus
Ætherii; Procerum dirige vota precor!
Ut Pietas, Doctrina, Fides, Solertia, Virtus,
Friſiaco dicant jura ſacrata Foro.

JOCUS.

Heu mihi! quæ cauſa eſt, *Viduis* quod conquerar annis,
Non iterum charâ *Conjuge* poſſe frui?
Omnis amat redamatque Suum. Sibi Baſia figunt

Mu-

Mutua, quêis quondam *Baſia* contulimus.
Ipſe ego, ſtent vegetæ quamvis ſub Pectore vires,
Atque agat officium Peſque Manuſque ſuum;
Non tamen ad *Veneris Sacraria* tendere poſſum.
Et mihi ſunt clauſæ, quæ patuêre, fores.
Non adeò *Informis* videor. Non Ruga ſenilis
Frontem arat; aut fœdat tempora canities.
Quin etiam potui quondam *Bona verba* Puellis
Reddere. Nec Ars hæc nunc aliena mihi.
Me non *Bacchus* habet totum. *Venus* improba Muſas
Non prohibet ſacro reddere jura toro.
Si non *Divitiis* mea plena *Æraria* turgent,
Suggeris ad Vitam, *Iuſtiniane*, ſatis
Nec cupio *Uxorem* quæ ſolâ *dote* ſuperbit.
Illa foret *Muſis Crux* inimica meis.
Manè novo, ſeroque die, do vota preceſque,
Ut viduum recrëet dulcis *Amica* Torum.
Hei mihi! quæ cauſa eſt *Viduis* quod conqueror annis,
Non iterum charâ *Conjuge* poſſe frui?
Alcmarias inter *Nymphas Chriſtina* placebas;
Nec Tibi Me totum diſplicuiſſe puto.
Luſimus *Amſteliis* quondam *Cornelia* ripis,
Cum *preſſi* in mensâ copia *lactis* erat.
Hei! quoties veſtros cupidus mirabar Amores
Anna! meos quoties *continuiſſe* pudet!
Beemſtera ſi referat veſtros *Geretruda* lepôres,
Os ſilet, atque animi deliquium patior.

Quid

QVid, ſi Friſiacas memorarem ex ordine Nymphas,
Quæ placuere mihi, quêis ego fors placui?
Materiem tu prima dares *Soror* optima *Martis*
Barbara, maſuetas inter amata Deas.
Criſpam Harlinga ſibi, ſervat Bolſwardia *Mancam*.
Hæc pede: Formoſis crinibus illa placet.
Worcumium *Vittis*, *Cappis* Hinlopia turget.
Sæpius aſt oculos detinuere meos.
Sed, tu prima Parens Nympharum Urbs clara *Leone*,
Quæ non das animo vulnera cruda meo!
Sed quia tot lepidæ, tot pulchræ, totque decentes
In te habitant Nymphæ, ſit numerare nefas.
Hei mihi! quæ cauſa eſt, Viduis quod conquerar annis
Non iterum charâ Conjuge poſſe frui?
Fallor? an eſt noſtris aliena Audacia votis,
Et Timor ad Veneris non ſinit ire ſacra?
Heu! quoties volui vobis ſervire Puellæ,
Heu! timidum quoties juſſit abire Metus.
Sæpè tuos legi *Naſo* ſtudioſus amores,
Ut poſſem Nymphis, te monitore, loqui.
Nil juvit. Mea lingua ſilet, mea labra tremiſcunt
Nec tria Virginibus reddere verba queo.
Ergò agite, & bene ſi viſum, *me accedite* Nymphæ,
Et petite à nobis quæ dare vota jubent.
Tunc nunquam poſthac viduis ego conquerar annis,
Non iterum charâ Conjuge poſſe frui.

HEN.

HENRICO NEUHUSIO, *Fratri.*

POſt tibi continuo comites in faſce libellos,
Et centum laſſi jurgia rauca fori.
Sic etiam in noſtros potes exſpatiarier hortos.
Si vacat, et campo liberiore frui.
Materiamque mei pariter, magnique Parentis
Cernere inoffenſo verba diſerta pede.
Quæ mihi relligio tacitis fuit abdere luſtris,
Aut mecum obſcuro preſſa tenere ſinu.
Sic iterum inferias ſolvo. Vitamque Parenti
Nunc reddo, vitam qui dedit ante mihi,

Reinerus Neuhuſius.

E I D E M.

INtonuit totum nuper Tarpeius in annum,
Libera nec lacrymis hora dieſque fuit.
Non aliter quam ſi Pyrræ nova monſtra redirent,
Et fureret priſco Deucalione Deus.
Publica mutabant toties in funere veſtem,
Nec ſatis in pœnam Carolus *unus erat.*
Belgica ſe Regum tantorum miſcuit urnis,
Crinibus effuſis totaque triſtis erat.
His adjunge meos in charâ Conjuge manes,
Et pridem noſtræ funera nata domi.
Sperandum, cum ſole novo, fata aſpera ceſſent,
Et melior nobis luxerit axe dies.
Inque vicem ponat tonitrus, ac fulmina tollat
Omnipotens: Cælum latius ire jubens.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Clariſſimum FRATREM,

REINERUM NEUHUSIUM,

I. C. & Gymnaſiarcham Alcmarianum.

Cum obitum Vxoris BOETIÆ *lugeret.*

QVid, frater REINERE, doles crudelia fata?
Vimque Deûm adverſam, & contraria numina votis
Incuſas? Dum chara Tibi ſejungitur Vxor,
Et rurſum inſeritur nova per connubia Chriſto.
Non eſt, crede mihi, mors hæc; aut funus acerbum,
Quod pateris: Conjux tua, pro mortalibus auris,
Si Iovis ambroſia veſcatur, et ætheris aurâ.
Corpus humo, magnæ Matri debemus, Olympum
Altera pars melior ſcandit. Qua protinus acti
In ſublime; humilem mox fruſtra deſuper orbem
Quærimus: unde juvat nequicquam ad tarda reverti
Corpora. Nos his mediis convallibus orci,
Heu! quoties gemimus ſub iniquo faſce laborum,
Et patimur ſine fine malum! Mors optima rerum
Quas homini noviſſe datum eſt. Nam tranſitus iſte
Hinc nos à pænis peccati & crimine multo
Eripit, Elyſiisque jubet conſiſtere campis.
Ergò minor tuus eſt luctus, chariſſime *Frater*,

Qui

Qui propriore Deûm nexu jam tangis amorem.
Cujus, noſtra Soror, DIVINA BOETIA, Chriſti
Vivit in amplexu: Vitæ et ſtatione peractâ,
His iterum nolit Sponſum mutare latebris

HENRICO NEUHUSIO, FRATRI.

Cum Academiæ albo reciperetur, Anno 1631.

Henrice, gnavos poſt juventæ labores
Vitæque tenellæ maſculum ſudorem,
Infers te publico ſocium Lyceo.
Jam cura fideli ferulaque magriſtri
Severa liber, togam ponis prætextam,
Ætate major, jam verendos prudentum
Virorum vultus, et ſuperbum Muſarum
Coles Senatum. Nunc magnificos faſces
Purpuram Myſtarum religioſam
Cernes. Hic epulas, hic nectar Deorum
Bibes fonte perenni. Hic campus deliciarum
Segeſque luxuriat larga bonorum.
Hic Phœbus merces Helicone venales
Exponit ſacro; Vendit Dia Minerva

Hic

Hic dotes amplas, quas non temporis tractus
Longævi minuet, non mortis procella,
Non trucis rapiet impetus livoris.

At ſacer locus: Vnde vulgus profanum
Arcetur longè, et pigræ appetens quietis
Ignavum pecus. Hic atrium Muſarum
Bis ſenis fulget conſpicuum columnis.
Hinc procul eſto, quiſquis pectus malignum
Adfertque peſtiferi fucum Colubri,
Talia refert. Hinc improba juventus
Alis Eöum ſe deferat in æquor.
Sic juſſa dicto et ſæclis mundi futuris
Mandata porto: quiſquis haud mente caſta
Indignuſque Apollinis vivit cohorte,
Hinc gravis ocius turbine procellæ
Parthique levibus volitet ſagittis.
Vos, qui divinum Numen, ſiduſque ſanctum
Mente non ficta colitis; Qui Parentum
Paretis juſſis, nec monentis magiſtri
Præcepta levibus tradidiſtis auris,
Qui multam ſtudijs operam navâſtis,
Nocteque muſis ſerâ tempus locâſtis,
Quos ſublimis ardor ſtimulat virtutum,
Amorque recti. Quibus parere dulce eſt
Seris nepotibus integræque famæ.
Vos, ſacra Phœbéi lumina Theatri
Conſeſſus tenebitis primas Muſarum.

Fuge

Nunc Themidos Henrice *petis palæſtram,*
Et Phœbo dixiſti Frater ſacramentum.
Fac morem geras Divæ monenti,
Caputque ingenuas efferas per artes.
Verere ſtudio Numina fideli,
Offerque ſupplex aris thura quotannis.
Fuge vitia labeſque, fuge voluptates.
Et Bacchi Veneriſque fœdos amores,
Fugit ſerpentem cautus ſicut Viator.
Sit fronti rubor, animoque ſit pudor.
Non pes vacillet neque ſpes concupiſcat.
Res noxias veſana. Sit meta numen
Factorum, ſit caput idem. Moderare
Affectus omnes; Iram conſtringe frænis;
Nec nimis ambitio pectus exedat
Plauſu mundano. Sit luxus ſuperbæque
Mentis vehementer ſpiritus peroſus,
Inſiſte ſemper veſtigio Parentis,
Charoſque venare titulos doctrinæ.
Dilecte FRATER. *fidum quære favorem,*
Et non fallacium vincula Amicorum.
Sic Deo, Patriæ, Patri, Fratrique
Gratus HENRICE *fueris, ſic per omne*
Extendes ævum, quod aoveo precorque,
Indelebilis gloriæ monumentum.

FE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Doctiſſimo Domino
BERNHARDO HESSELI,
In ſtatu integritatis ſuæ.

IAM mecum, *Reverende* Patrûm, nova gaudia ducas.
Votaque pollliticis ſint meliora datis!
En! mea *Canario* prognata Puerpera Patre,
Sollicitè Pullis incubat, hoſque fovet.
Forſitan hinc noſtro cedent fauſta omina lecto,
Omina, quêis Mater *Margaris* eſſe queat.

IN TUMULUM
Magnæ ſpêi Juvenis
ALBERTI GUALTHERI.

ANTE Obitum *Matris*, poſt magni funera *Patris*,
Hoc jacet ALBERTUS conditus in tumulo.
Divitiæ, non Ingenium, non Forma, Genuſque,
Inviſæ potuit ſiſtere mortis iter.
Hei mihi! quod juvenes ante annos ire per umbras
Cogitur, & mundi linquere delicias!
Fallor, an in cœlo fruitur melioribus Aſtris?
Nec cupit in mundi ſe reducem tenebras?

AMI-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

AMICO.

ME Batavæ invitant ad ſacra Altaria Nymphæ,
Et Vatem inſolito Thure litare jubent.
ix humeris Res æqua meis! Sed ut integer adſim,
Horaque Paſtori commoda ne pereat,
Tu, rogo, mitte *Horas* quêis quondam cautus amavit
Conſul, & Alterius ſollicitavit opem.

Ad nimis Studioſum.

QUID tibi cum libris Curæ? ſatis eſt tibi lectum,
Nunc lecti excutias ingenioſe jocos.
Ianula nuda tuis quando volvetur in ulnis,
Quanta erit in tremulo *Bibliotheca* ſinu!

In Tumulum verè docti Viri,
D. CAROLI CRANSII,
Med. Doctoris & Rectoris Scholæ.

CAROLUS hoc recubat ſub marmore CRANSIUS. Ille
Quem Latio obſtupuit *Roma* lepôre loqui.
QVique alio talem ſeſe oſtentavit in orbe,
Ut natam in Friſia *Pallada* credideris.

FE-

FELICIBUS NUPTIIS,

Ampliſſ. Conſultiſs. Viri Juvenis,

ISBRANDI à VIERSSEN,

I. U. D. Ration. Friſ. Secretarii,

& Penſionarii Leovard. *Sponſi*.

Et Lectiſſimæ, Formoſiſſ. Ditiſſimæque Virginis,

ALETHEIÆ à LAUTA,

SPONSÆ.

AD Mare cur tendis tua Retia VIERSSEN Amoris,
Et VENEREM *Harlingâ* quæris in Urbe tibi?
Núm, quæſo in ſterili bona littore provenit herba,
Nil ubi quam CONCHÆ vilis & ALGA jacet?
Cur non formoſæ, quas dat LEOVARDIA, Nymphæ
Te potuêre ſuis jungere deliciis?
Hîc Chorus! hîc Aula eſt! Venus hîc, habitatque Cupido!
Hic ſeſe oſtendit Quæque Puella Deam!
Adde, quod ignotis ludamur ſæpiùs oris.
Solâ fronte placet, quæ peregrina VENUS.

RES-

RESPONDET SPONSÆ.

QUid? Tibi Nobiſcum res eſt, inſulſe POETA?
Solvere quid tentas conjugiale jugum?
Non minor *Harlingæ* Pietas, Candorque, Fideſque,
Quàm veſtris habitat, Thraſo ſuperbe, locis.
Non Nos commendat Fucatæ gratia Formæ:
Sed notat ingenuus Sanguis & ora Pudor.
ub Conchis, quas littus habet, latet ignea Gemma:
Salva quod in FRISIA ſit Ceres, Alga facit.
t Tu Virtutem Magnatum quæris in Aulis?
Exulat inde Fides, & Pietatis amor.
dde, quod ex Pelago VENERIS deſcendat origo:
Hinc Dea ſe Spumis vult recreare ſuis.
rgò age! verte tuos noſtro de littore morſus,
Et placeam SPONSO; ſi Tibi diſpliceam.
pergas Bilem, hîc, Animumque movere Puellis,
Non mea vota dabunt, quam petis eſſe TUAM.

REPLICA POETÆ.

eu mihi! Peccavi in SPONSUM SPONSAMQUE Poëta!
Det veniam SPONSUS, det quoque SPONSA, precor;
t ſacra cum CELEBRI concedant vota CORONA,
Ut poſſim ex VIDUO ſic properare TORO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Magnifico & Ampliſſimo Viro,

D. PIBONI à DOMA

Friſ. Ord. Secretario;

Cum ſummus Poëta

THOBIAS GUTBERLETH, S. L. R.

In Nuptias ejus, quas celebrabat

Cum ſpectatiſſimâ Matronâ,

IUSTA ab AYSMA,

Doctiſſimum, præ aliis, Carmen ſcripſiſſet.

SCripſit hic, & luſit ille
Carmen, in ſolemnitates
Nuptiarum, DOMA, ſacras,
IUSTA quas Tecum celebrat
AYSMIANA; IUSTA Stirp
Nata de potentiore.
Inter Omnes Nemo palmam
Obtinet, ſibique ſervat,

Qua

Quàm Scholæ Leovardianæ
Rector ille GUTBELETHUS.
olus inter Friſiorum
Hic Viros *Poëta* magnus.
Dignus Heroum Cothurnis
Ut feratur, cum Marone,
(Naſo Tecum) cum Catullo,
Cum Tibullo, cum Propertjo,
Claudiano, Mantuano,
Martiale, Buchanano,
Ad pedes Horatianos,
n poli ſupremitatem.
Dignus ille longa vitæ
ècla, tecum cane Neſtor,
n Iuventæ diſciplinam,
n Scholarum claritatem
erre, poſt & altiores
n Lycéo Franecrano
Obtinere dignitates.
axis hoc divina Pallas!

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

RESPONSIO
AD
D. HENRICUM NEUHUSIUM

Ecquid hoc? permiſtum Achivis immerens Heroibus
Se videt GUTBERRÈLETHUS? *Et Theatro public[...]*
Mormolycéum faceſſit ambulans negotium;
Nempe ſic Pilatus olim fortè adauxit Symbolum
Quod feruntur congregati condidiſſe Apoſtoli.
Nempe Therſites Pelaſga ſic adauxit agmina;
Nempe ſic tuum frequentat, Phœbe, templum Mævius?
Parce, Nos precor, NEOECE, *Zoili ludibrio*
Et Menippi viperinis ſibilis exponere,
Quippe Nobis quàm ſupellex curta ſit, ſat novimus.
Non puer bibi Hippocrenen, non Ephebus, non ſenex,
Nec biceps cacumen alti montis in Bœotia
Somniantem vidit unquam, fovit, alas addidit,
Ut Poëta ſic repentè proſtilirem publicus.
Muſa me faſtidioſa; Suada naſcentem invido
Lumine aſpexit (penates teſqua teſtor Fagina)
Strenueque juſſit ungues jugiterque rodere.

Te novem chorus ſororum, Delius te dextero;
(O, NEOECE, *culte vates, magna Juris buccina*
Te ſereno vagientem vidit olim ſidere.
Prompta te, te extemporalis, te laboris neſcia
Vena miſcet inſeritque Delphico conſortio.
Te Cothurnus ornat altus, meque ſoccus ſutilis

Vincit; hic repit miſellus; ille ſurgit altiùs.
Parce famæ, nominiq́ue ſocculi repentis, &
Posteri ſacrare noli temporis ſuffragio,
Quod Cothurnum diſcolorem vincit inconſtantiâ.
Proteumq́ue verſipellem verſipelli aſtutia.
Rectiùs ſellas ſupremas, quos propago Nobiles
Finxit occupant, tuoq́ue jubilant in carmine.
Rectius Chriſtina Sueca *transfuga & trinominis,*
Sancta ter, quaterq́ue ſancta; rectius Cromwellius
Colla Regum, ſceptra regni lege frenans ferreâ;
Juppiterq́ue, Amphitruoq́ue & Alcumena & Hercules;
Quicquid & genus Deorum jactitat, proſcenij
Publici orcheſtram frequentat, & triumphat Comicè.
Rectiùs Conſtans HugenI *fama fertur eſſedo*
Æviternitatis alto, & clara lambit ſidera.
Rectiùs vel untur aliis Grotiusq́ue & Heinſius
Atque Barlæus *citatis: Rectiùs* Brunonia
Muſa mira, Muſa pernix, Proteo verſatili
Muſa compar & bilinguis, Muſa fundi fertilis,
Dedicata nunc profano, nunc ſacro negotio:
Teſtis es Lucina, Morta, Come, Conſe, Mercuri,
Teſtis es Batave David *conſecrate Eccleſiæ:*
Quantum & eſt, fuitq́ue Vatum, lacte qui Pimpleidum
Educati claruere, quiq́ue clarant Patriæ
Indies haud uſitato Fas Nefasq́ue Carmine,
Paginam hîc ſibi ſecundam; quin utramque poſtulat.
Gentium Nos Dij minorum non meremur talia;
Plauſtra laudum, plauſtra famæ, plauſtra onuſta encomijs

Spernimus tot vana, vani nominis Poppyſmata:
Nos viri cluemus imi (quis neget?) ſubſellij,
Sorte contentique noſtra quid petamus amplius,
Quàm latere, quàm quiete poſſe tuta perfrui
Strenui ſub ſcuto Achillis, *aut ferocis* Hectoris?
Victitare pane nigro ſuetus atque furfure
Tutiùs vorat ſcholarem Priſcianus pulverem,
Quàm Deorum dulce Nectar, atque Regum embammata.
Tutiùs tremenda ſceptri lora vibrat lignei,
Quàm machæras, quàm ſariſſas, quàm Gradivi ſpicula.
Tutiùs Maronianus *Tityrus ſub tegmine*
Cantitat pallente fagi Phyllida *&* Amaryllida,
Et boves ovesque mulcet fiſtulâ ſeptemplice
Mincij ſecus Padive florulentos margines,
Altâ ubi ſiniſtra Cornix ſæpè garrit ilice.
Tutiùs carecta Mopſus poſt remota delitet,
Et ſinu Niſæ caleſcens ſtertit ignorabilis.

THOBIAS GUTBERLETH, Gymn. Leovard. R.

Nobiliſſ. Ampliſſ. Domino
FRIDERICO ab INTHIEMA.

INGENII mitto, Vatum ingenioſe, Theatrum
Ingenii ſolo vivitur Arbitrio!
O! utinam ingenio vivat pars plurima veſtro,
Sarta foret Friſiæ tectaque tota ſalus.

IN

IN ECCLESIASTEN

Ampliſs. Conſultiſſ. ac Doctiſſimi Domini,

D. JOANNIS BOURICII,

inter Friſ. Ordines Delegati, I. U. D. Advoc. Curiæ Sup. & Ameland. Synd. graviſs.

DELECTANT vario, vel proſunt, carmine *Vates*;
Diverſoque volunt plectra ſonare modo.
Hic tecum recubat ſub tegmine, *Tityre*, fagi;
Et *Mopſo Niſam* jungit, agitque pecus.
Ille *tubas* ſonat horrendas, & *Tympana* pulſat,
Ut ferus in caſtra & prælia miles eat.
Iſte ſibi *Thetidis*, *Neptuni* & fingit amores,
Sirenumque dolos per freta ſalſa fugit.
Sunt qui *Cœlum* humeris, & portant pondera *terræ*,
Sirius & monſtrant quâ regione flagret.
Iſte piis *Satyrâ* juſtum detrectat honorem,
Et famam; *Iambis* diminuitque caput.
Sunt quos delectant *Obſcœna Poëmata.* Sunt qui
Concubitus tecum, *Nuda Corynna*, parant.
Sed Te, *Magne Virûm* BOURICI, *ſancta Poëſis*,
Te vocat ad Carmen *Cœlica Muſa* pium.
Non tibi Materiem dat inanis **Fabula Vatum**,
Sed, quæ ſacra docet pagina, verba, canis.
Tu vano quàm vana canis ſint omnia mundo:

Vanum quicquid Homo fingit agitque miſer.
Deliciæ, Ingenium, Sapientia, vana Voluptas.
Vanum Divitiis fidere velle ſuis.
Regna, licet totum ſe extendant, vana, per orbem;
Gaudia cum Lacrymis. Vitaque cum Tumulo,
Otia, Paupertas, Curæ, triſteſque Labores;
Ambitio, Imperii vana Cupido meri.
Et ne cum vanis tua mens reddatur inanis,
A ſancto in Cœlis Numine quæris opem.
Hic veræ Pietatis amans, Fideique Sacerdos
Contemnis fragiles, quas amat orbis, opes.
Quippe Animæ interitum creat, & ſe perdit Avarus,
Et fruitur nullis, poſt ſua fata, bonis.
Progreditur *Vates:* Famam commendat & Artes:
Uxoris damnans impia facta malæ.
Vult Sapiens habeat Reges reverenter, ametque:
Et paret ad Tumulum Remque domumque ſuam.
Addit Divinum quàm ſit Sapientia donum,
Quodque nihil fiat, quàm Deus ipſe jubet.
Quod Sapiens Dexter, ſit Stultus mente Siniſter.
Prima ſit & virtus congrua verba loqui.
QVod deceat Miſeris facili ſuccurrere dextrâ;
Nec ſinere incaſſum Pauperis ire preces,
Quod ſit grande nefas, peccatum & morte piandum,
Se *Bacchi* & *Veneris* ſubdere deliciis.
Friſia Magnificum meritò venerare Poëtam,
Et lauro tanti tempora cinge Viri.

MU-

MUSÆ NEUHUSIO

Suadent ne Poeſin *deſerat.*

JAM dudum ad Clarios mandarâm Carmina Fontes,
Ultimaque Aonio baſia miſſa choro.
Et dixi, charæ licet, hinc migrate Camœnæ,
Ad loca Pegaſei quæ rigat unda lacus.
Ille ſacer vobis locus eſt. Ibi nulla veneno
Illita vos figent ſpicula Pierides.
Non hac nobiſcum requie gaudere licebit,
Nobiſcum illæſus vel Deus eſſe nequit.
Hîc, dolor! innocuum laceramus dente Poëtam;
Et faſtiditus quicquid Apollo ſonat.
Jura etiam quærat quêis ſe tueatur Apollo;
Auxilium Divo reddere jura negant.
Ergo agite! & celeres procul hinc diſcedite Nymphæ!
Aëre ſi libeat liberiore frui.
Ægræ diſcedunt, turbatâ mente, Sorores,
In lacrymis paſſim poſt mea terga fluunt.
Sæpiùs ad ſolitos voluere redire Penates,
Sæpiùs ingreſſum janua clauſa vetat.
Non ſecùs ac firmo juvenis ſuccenſus amore,
Ad Dominæ mittit limina ſurda preces.
Et jàm me tacitum vocat ad ſua Bartolus Arma,
Verboſoque jubet Bella movere foro.

Ruſticus arrectas nunc altùm ſtridet ad aures,
  Vicinique boat quæ data damna malo.
Conſiliumque rogat, trepido Reus ore ſalutem,
  Ut queat Actoris tutior eſſe dolo.
Dumque his intentum ſtudiis me dulcis ineſcat
  Lucri odor, atque artes poſtpoſuiſſe juvat.
En! venit Aonio celeri de colle Sororum
  Nuncius, apportans has mihi literulas:

CALLIOPE.

DIc mihi, dic inter ſacras adamate Sorores
Neuhuſi, cur ille animum malus impulit error,
Et rabies veſana premit, quâ turpiter arma
Ponere, & Aoniis mens ſtet diſcedere caſtris?
Te revoco, fac, ſiſte gradum, tibi fortior adſto
Miles, & optato, Duce me, potiêre triumpho.
In toto Bellum geritur non dulcius orbe,
Quàm quod Apollineis moderamur legibus. Illud
Non cædes ſtrageſque creat; non funera verſat
Immatura. Negat Viduas, miſeroſque Nepotes
Ante diem patrum lugere & fata Mariti:
  Nos tantùm calami virtute & vincimus arte
Sanguinis expertes. Stygios fera bella fatigent.
Nos raptat cœleſtis amor. Tua gloria circum
Tempora, & æternis radiabunt nomina ſêclis;
Si tua ſub noſtris ſubmittas pectora ſignis.

Adde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Adde, quod in *Friſiâ* nunc ſit *penuria* Vatum,
Poſt cædes quas umbra dedit. Non *Pièrius* ille
Amplius ad ſummum mittit bene compta Boöten
Carmina. Non, *Genitor*, quondam tibi, pectine mulcet
Et Pubem & Canos dulci, quo fortius hoſtes
Irruat, & claros referat Gens noſtra Triumphos.

Ergo age! da ſignum pugnæ: Tuba perſonet altum
Æthera, ut omnis eat nobiſcum in prælia Friſo.

E R A T O.

ET mea te revocat Muſarum ad ſacra Poëſis
NEUHUSI, quondam qui meus eſſe ſoles,
In faciles Elegos facilis tibi vena; jocoſis,
Triſtibus aut aptes congrua verba modis.
Sæpè mihi Venerem nudâſti veſte decoram,
QVâ facie nulli pulchrior Illa ſtetit.
Sæpè mihi lacrymas moviſti in buſta Virorum,
QVæ facies ulli triſtior eſſe nequit.
Et jam te noſtri caperet mala nauſea ludi?
Iam jaceres dulcem poſt tua terga lyram?
Sit procul! Et livor ſi te ſors rodit amarus,
Triſtia de vultu nubila pelle foràs.
Me ſequere imparibus numeris, Elegiaca funde
Carmina, nec ceſſet, te rogo, dulce melos.
En prodit virtute novâ veterique decorus
Gronſtenius, Patrum nobilitate nitens;

Et ſibi præſtantem, primoque è ſtipite Nympham
Bourmanidum exoptat conſociare toro.
Huc celeres converte gradus. Hic campus & Aër,
In quibus exultet congrua vena joco.
Ingerat in medios ſeſe tua Laurea ſaltus;
Quoque canunt juvenes, tu quoque lude modo.
Lude, quibus deceat verbis lenire Puellas,
Quod nullas deceat temnere vota Proci.
Lude, quibus liceat ſeſe inſinuare Puellis
Artibus, ut ſocium ſcandat Amica Torum.
Lude quod in patrio non fas remanere Puellis
Imperio, Matrum ſi Toga conveniat.
Talibus, his, aliiſque modis tibi ludere Vati
Convenit, & ſolito plectra ſonare modo.

CLIO.

CLEIO Ego è cætu venio Sororum
Afferens mecum quatuor Dearum
Bis preces; queis Te moveam, *Nyhuſi*,
Reddere Carmen.

Triſtibus Cœlum reſonat querelis,
Et pater largis lacrymis Apollo
Depluit, dum Te nitidam Poëſin
Spernere vidit.

Quæ movet mentem ratio malignam?
Suadet aut Dœmon malus hunc furorem?

Ut

Ut fidem ſacræ propriam Minervæ
Tam citò mutes?

An fugis triſtes animi labores?
Et caput cæcis lacerare curis?
Deſidis quæris juvenili in ævo,
Otia vitæ?

Nullus eſt Carmen labor: at voluptas
Vera. Sunt curis vacui Poëtæ;
Et levant, ſi fors animum fatigent,
Carmina morſus.

Naſo Brumali peregrinus orbi
Verſibus Ponti minuit dolores.
Dulcibus magni Numeris Tyranni
Leniit iram.

Scilicet Cœlo venit ille nobis
Spiritus. Cœlum nihil atque lætum
Continet; Riſus, Iocus, atque Saltus,
Cælica dona.

Carmen in morbis medicamen atris,
Carmen in tecto tenui levamen.
Carmen in triſti auxilium periclo
Promptius offert.

Hinc mihi multùm Sociiſque chare
Neuhuſi, chordas revoca ſonoras:
Et novem Muſis ſolitos amores
Carmine redde.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

THALEIA.

ILLUM nigra ferat Tartarei Ducis
Vallis! Pluto tibi ſit Comes ignifer,
Qui ſacris ſtudiis invidet, & nocens
Damnum Vatibus ingerit!

Hos curat ſuperi gratia Numinis:
Defenditque potens dextera Cælitum;
Ut contrà invidiæ toxica firmiter
Subſiſtant ſtabili pede.

Non, ſi terra, polus, pontus, & infer[illegible]
In Vatum ſocient exitium manus,
Poſſunt ingenium frangere nobile,
Dotem & tollere pectoris.

Hos contrà rabies ſæviat improba.
Vulgus cum populo funera præparent.
Præſentemque necem Rex malus inferat.
Vatum Gloria non cadet.

Seu Fortuna bëet munere divite,
Seu fœdet putrido pulvere verticem,
Non mutare valet, qui generoſior
Inflat pectora, ſpiritum.

Contemnunt humilis pauperiem caſæ
Vates, ingenio divite divites.
Regaleſque domos deſpiciunt, ſuis
Contenti bene ſortibus.

No

Non hos in tenebris Somnia territant,
Et miris trepidos ludificant modis.
Sed lecto requies præſidet integra,
Qui Vatum premitur pede.

Vates, Fata vocent juncta ſecuribus;
Vivorum ex numero triſtia, Carmine
Teſtantur fragilis quàm ſit Homunculus,
In mundi genitus ſinu.

Et Mors dura nimis ſit licet omnibus,
Apportetque metum Regibus horridum;
Mors illi levior ſtat tamen, artibus
Qui pectus colit optimis.

Hoc in mortis habent limine gaudii;
Quod, dùm perſtiterit Machina terrea,
Illuſtrentque polum ſidera flammeum,
Famæ perpetuum decus.

Hoc, Hoc te revocet poſthabitis Fori,
Quas verſas dubio pectore, litibus,
Ad fontes liquidos, quos Equus effodit,
Et nectar tibi præbibit.

MELPOMENE.

PERMAGNI res eſt Caput excoluiſſe per artes
Ponderis Aonias.
Hinc virtus, animique venit Prudentia, mores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

QVæ regit ingenuos.
Hinc Nomen venit, & nullo delebilis ævo,
Fama ſuperſtes erit.
Et nunquam tumuli, quamvis jam putre cadaver,
Conderis in tenebris.
Dic mihi, quæ indoctum ſequitur Pecus umbra, ſepulchrū
Cum tegit oſſa nigrum?
Hûic non umbra quidem comes eſt ad luce carentes
Tartareaſque domus.
Et quicquid mundo poſt ultima fata relinquit,
Nil niſi ludibrium eſt.

AUTOR.

EN! reliquæ ex ſacro deſcendunt monte *Sorores*;
Meque ſuis quærunt flectere Carminibus.
Aſt ego ſic Nymphis feror obvius: O ſacra Turba!
Caſtalidumque Cohors! quæſo manete foris.
Et pudeat ſtupidum divino carmine Vatem
Flectere. Non tali eſt dignus honore coli.
Ergò agite à noſtro diſcedite limine Divæ,
Ad loca ſacra quibus Magnus *Apollo* præeſt.
Polliceor Vobis, quamvis velut Anſer Olores
Inter, me nunquam ponere velle Lyram.

Comici in Comicum Paſtorem.

QUID jacis in *Plautos* culpantis jurgia linguæ,
QVi *Planti* tractas ipſe *Perille* Sales?
Cum ſacra Chriſtiadûm proponis dogmata turbæ,
Audiris *Plauti* fingere verba ſonis.
Aut dat materiam blando *Baudartius* ore:
Vel quæ ſpurcus habet verba Poëta canis.
Nunc Phaëton cœlum curru volitante pererras;
Moxque Charon ſtygias Navita findis aquas.
In Cathedrâ ſaltas & mollia brachia jactas,
Scena velut facilem det tibi noſtra chorum.
Ora, manus, humeri, referunt te ritè Thraſonem:
Rade Genas, ludes Femina Virque ſimul.
Interdùm veſtes. *Mimi* mutare ſolemus,
Gratior ut populo ſit mala forma magis.
Sic tu etiam *Batavis* argutè ludis in oris,
Et damnas patrium cum levitate decus.
Fallor? an (ut memini) quondàm juvenilibus annis
Hiſtrio Sceptrigero ſub Duce Primus eras?
Hinc decet in *Plautos* non ſic inſurgere Fratres.
Parce loqui, pergis? Fabula turpis eris.

Mortalitatis memoria

INSCULPTA

Portæ Cœmeterii quod eſt Rupellæ Gall.

DITIOR hìc Cræſus cum paupere conditur Iro:
Morſque eadem Civi, quæ tibi Conſul, erat
Nec robur, nec forma juvat. Non prorogat annos
Ingenium, aut puræ ſimplicitatis amor.
Cumque incerta dies Fati, Mors certa cuique,
O Homo! præſenti tempore diſce mori.
Diſce mori ut vivas, Mors proxima janua vitæ:
Nec, niſi per Mortem, ſcandis ad aſtra poli.
Mors ſomnus. Torus in Tumulo. pro Tegmine Marmor.
Surget Homo Chriſti cum tuba ſacra ſonat.

Amico Senatori.

NIl peto, quin deceat Me, & Te bene, digne Senator
Si placet hoc, Autor ſum Tibi. Dignus ero
Pro quo digna petas: Sed ſi contraria ſentis,
Iudice Te, digni nolumus eſſe Tibi.
Aſt ubi nil valeant ſociati vota cruoris.
Eſt ſatis ut norim, quod mea vota cadant.
Si mea vota cadunt, ſurgam ad majora, nec unquam
Pæniteat votum non meruiſſe meum.

AV

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

AUTORI.

NEuhuſij *ſalveto Labor! ſalvete Camœnæ*
Neuhuſij! *& doctæ nobile mentis opus!*
do *pater meritæ Titulis te creſcere famæ,*
Et decet à ſera poſteritate legi.
luſtres inter vates, magnoſque Poëtas,
Sedula ſublimem dat tibi Muſa locum.
u juvat Heroum ſolenni Carmine manes,
Placare, & Friſiæ flere ſepulcra patrum:
rneſti *fratriſque ſui; qui fulmina Belli,*
Et Duo Naſſoviæ *ſidera clara domus.*
ve tuum in fletus lugentes ire ſodalem,
Sive aliis libuit ſolvere juſta rogis.
u libet optatos thalami felicis honores
Gratarique tuis Carmine pacta tori.
exter adeſt ſemper, dum carmina condis, Apollo,
Ingenioque tuo turba Novena favet.
iceris Aonias tecum advexiſſe Camœnas,
Et duxiſſe Deas ex Helicone Domum.
de lareſque tuique hauſerunt Carmina poſtes,
Scriptaque ſunt horto carmina docta tuo.
ota Domus caluit. Quam nunc quoque Numine complet,
Nunc afflat vates ſpiritus, Edo, *tuus.*
enricus *patrias coluit felicior ædes,*
Et coluit patrias non ſine laude Deas.

Pa-

Patria reſpondit Docto facundia Nato,
Ipſaque Muſa *Patris ſollicitata chely.*
Ergo Patris Verſus nimio ſqualore ſepultos,
Et preſſos nigris eruit è tenebris.
Reſtituitque novæ, vatum pia gaudia, Luci,
Et Decori, patriæ quod meruere Lyræ.
Conjungitque ſuæ Divina poëmata mentis,
Qualia Sulmonis Gloria Naſo canit.
Sæpe Themis voluit ſoli ſervire clienti,
Litibus Henricum *ſæpe morata tuis.*
Sæpe gravi preſſit variorum mole laborum,
Sub quêis ſublimis ſuccubuiſſe queat.
Riſit &, ut vidit, Themidi ſic fatur Apollo:
Non mea Diva ſacris ſunt aliena tuis.
Cernis ut hæc leges verſet, manus altera vates?
Non ſatis ad laudes una corona facit.
Gloria ſcalarum parta eſt, nunc altera Laurus
Reſtat quâ ſimilem ſe probet eſſe Patri.
Henricus *veteres imitatus carmine vates*
Æqui graſſatur jus per utrumque via.
Quin pia dum Patris, ſimul & ſua carmina promit;
En ſobolis juſtæ fungitur officio!
Debuerat Patri Natalem filius; at nunc
Reſtituit vitam poſt ſua fata Patri.

P. à DOMA,

Secretarius Ord. Friſ.

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN TUMULUM

Nobiliſſimæ, Pijſſimæque Virginis,

ANNÆ de RINGIA.

NON Ætas, non Forma valet, non Nobile Stemma
Aſpera peſtiferæ pellere tela necis.
Ætatis ſub flore, Decens, Pia, Nobilis, inter
Quâ neque Virginęum Pulchrior ulla chorum,
RINGIA de ſacri veniens vix limine templi,
ANNA Animæ quærit cælica Templa ſuæ.
Hæc recreëent Te *Maja* Soror ſolatia! Fœlix
Tali qui poterit reddere ſorte dies!

In Effigiem Clariſſimi JCti.

CORNELII PYNACKER.

HIs viſus, dum vivus erat PYNACKER, ocellis,
Invida nunc tantum ſupprimit umbra caput.
Hoc Libyæ obſtupuit legato Barbara Tellus.
Hunc poſitâ audivit Rhetora Barbarie.
Tertia quem ſacras profitentem Academia Leges
Gaviſa, Hoc tandem quælibet orba dolet.

Gra-

Graviſs. D. Senatori Præſidi,

MATTHIÆ à VIERSSEN

UT, quid juris habet Soboles pauperrima, Titi
Cognoſcas, quæſo, hæc ultima verba legas
Non tamen ut turbem volventem dogmata Chriſti,
Mitto, ſed hæc aliâ volvere luce velis.

RESPONSUM.

QUÆ volvenda mihi miſiſti, volvere ſacrâ
Luce licet, ſimulac reddere jura piis.
Anne Sacerdotum ſunt munera noſtra laborque
Juſtitiæ? legi, ſcripta remitto. Vale.

M. VIERSSEN.

D. SENATORI.

HORRIDA ni Febris generoſi corporis artus
Infeſtet, ſi dent Otia Jura Fori.
Hîc, miſero, lege, quanta data eſt injuria *Tito*:
Et quæ non Soboli reddita damna ſuæ.
Pòſt ubi per ſacrum volvenda eſt cauſa Tribunal,
Det Deus, ut Te ſub Iudice jus valeat!

D. Do-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

D. Doctori H. de BLAU.

*S*Aturnus ſolvat *Lunæ* promiſſa *Sororis*,
Ne *Sol* adſpiciat perfida vota ſuæ.

RESPONSUM.

VErba ligant homines, mea ſic promiſſa manebunt,
Nec tibi, Neuhuſi, *perfida verba dabo.*
placet accedas, & ero tibi promptus Achates,
Aſt ſi Ceres abeſt, Bacchus amicus erit.

Nobiliſs. Ampliſſ.

D. FRIDERICO ab INTHIEMA,

In nativitatem Filioli.

ÆTHERIIS Vatum deſcendit ſedibus aura;
Quâ canimus magnis fata futura Viris.
INTHIEMA præterito *Natum* tibi ſuſtulit anno
Impia Mors; *Natum* cum mea vota dabant.
Implevit Cœlum felicia vota, deditque
Ut Vatis votum pondus habere queat.

Am-

AMICO SENATORI.

UXor amans liquit charum ſine Prole Maritum
Et cum Prole Patrem me quoque deſeruit.
Eheu! triſte malum viduis latitare tenebris:
Nec ſociâ ad menſam Conjuge poſſe frui.
Principiò hoc durum nimis eſt: & tempore vulnus
Creſcet, & in ſeros ſæviet uſque dies.
Ne tamen impugner, duplici uno tempore morſu.
Te, rogo, Triſtitiæ tolle Supercilium.
Tunc pia vota feram, Tecum ut pia Conjugis Ora,
In longos maneant inviolata dies.

Deciſio quæſtionis num Deficit *accuſativum etiam caſum admittat,*

D. MARCO VERSPEEC,
Nuper Secretario in Ooſtdongerdeel.

HOspes, prome Merum! Vinum *Nos* deficit. Illud
Si *Tibi* deficiat, tu procul ito *forâs.*

In

IN EFFIGIEM,

Nobiliſs. Ampliſſ. Doctiſs. Domini,

D. JULII à BEYMA,

Franeq. & Lugd. Bat. Profeſſoris Iuris,

Cur. Friſ. Senatoris.

Ex tumulo, poſt luſtra novem, jam BEYMA reſurgis;
Priſca novis reddens lumina temporibus.
Et tecum ex tenebris divina Oracula legum
Eruis, à ſero digna nepote legi.

In Librum ejuſdem Domini,

De Uſuris ac Pignoribus.

Ad Ampliſſ. Doctiſs. D.

LAMBERTUM à BEYMA,

Secretarium Deput. Friſ. Ord.

Quid juvat ingenuas caput excoluiſſe per artes
Et primum doctæ Palladis eſſe decus?
Si lucem fugias, nec, quæ tibi credita, dotem
Auſus es ingenii ferre per ora virûm.
Ille velut ſterili tegit auri pondus arenâ;
Et nullum à largo munere fœnus habet.

Ille velut cœcis vigilantia lumina vaſis
  Obruit. Hinc oculos triſtior umbra premit.
Nil doctrina valet, niſi doctum te ſciat alter:
  Stulte, tace, docto hoc doctior eſſe potes.
Mens eadem tibi BEYMA fuit LAMBERTE; Parenti
  Qui preſſum tenebris non ſinis ingenium.
In vitam revocas poſt tot jam luſtra ſepultum:
  Et facis hunc nullo tempore poſſe mori.
Digna facis, noſtris & convenientia sêclis,
  Quod trahis ex longis pignora Carceribus.
Scilicet! hoc noſtro minus, aut malè ſcribitur ævo.
  Cauſa eſt: Scribentem præmia nulla manent.
Aut ſterilis damnat doctas Portgallia chartas:
  Aut latet in denſo pulvere Melpomene.
Sed ſalve à multo Liber exſpectate dolore!
  Salve BEYMA Pater! cui nova vita datur.
Olim Friſiacis, Bataviſque Profeſſor Athenis,
  Qui Digeſta gravi voce ſonare ſolet;
Et quem pòſt lato donavit Curia clavo,
  In miſeros promptum dicere jura reos;
Ille, ſui ut patriæ concredat pignus amoris,
  Debita quo conſtent *Pignora* jure docet.
Uſuras, additque *Moræ* documenta nocivæ:
  Et quorum *interſit* diſputat egregiè.
Inque alias ſtringit calamum feliciter artes,
  Quæ dignæ à ſerâ Poſteritate legi.
JULI BEYMA vale! tua leniter oſſa quieſcant!
  Dum licet extremo ſurgere in aſtra die!

IN OBITUM,

Verecundæ, Decentis, Piiſſimæque Matronæ,

SIOUKIÆ à FOGELSANG.

Filiæ magni Patris Theodori à Fogelſang, *in vivis I. V. D. & Friſiæ Ord. Deputati graviſſimi. Viduæ* Iacobi à Doma, *inter Leovardienſes Mercatores primarij.*

Ad Ampliſſimum, Doctiſſimum Virum,

PIBONEM à DOMA,

Friſiæ Ordinum Secretarium, Filium.

QUOT morimur juſtos qui non attingimus annos
SIOUKIA maturos non cadit ante dies.
Et quamvis ſeris obeat *Matrona* diebus;
Hanc tamen optavit vivere poſteritas.
Cur? quia(quod rarum eſt)Matrem ſuper omnia amavit,
Non ſperans lucro per ſua fata frui.
Non placuit tua, DOMA, Deo perfecta voluntas;
Qui jubet hanc ſuperis eſſe Choris ſociam.
Læta Dei ſequitur cœleſtis juſſa Parentis;
Et pia ſupremi ſcandit ad aſtra poli.
Hic agit Angelicos plena inter gaudia cœtus.
Et Chriſto ſacrum concinit ore melos.
Hic proavos, patremque videt, charumque maritum,
Huc te, magne Virûm, DOMA, tuoſque vocat.

In Editionem ſecundam, Augmentatam, & correctam,

DECISIONVM

D. JOANNIS à SANDE

Viri, dum viveret, Nobiliſſimi, ICti Clariſſimi, & Supremæ Friſiorum Curiæ Præſidis meritiſſimi.

EN *Opus*, omni numero
Perfectum! quod dat Poſteri
Secundâ luce SANDIUS;
SANDE qui Decus Gelriæ,
Suiſque Stemma nobile;
Supremus *Præſes* Curiæ;
Veruſque Pater Friſiæ.
Opus! ſolers Ingenium,
Summam Iuriſprudentiam,

Divinamque Eloquentiam,
Curas, labores impigros
Autoris ſui referens.

Opus! quo conſtat, Friſiis
Quàm ſit *Bis Senum* lumine
Clara *Virorum* Curia;
Nil Roſtris cedens Conſulum,
Quæ quondam Roma coluit.
Virorum! Quos integritas
Vitæ, Fidëique Sanctitas,
Omniſque virtus decorat.
Penes quos Pallas habitat,
Et Diva Themis latitat,
Qui juſtâ lance dirimunt
Pallentis lites Eridis.
Quos non retardant Otia,
Sed cordi ſunt Negotia.
Qui nunquam ſinunt Pauperes
Incaſſùm preces fundere,
Qui Viduas, & Orphanos

Paternâ manu protegunt:
Qui non permittunt Scelera,
Nefas, Furta, Adulteria,
Injuriam, Calumnias,
Aut quidvis mali nominis
In Friſia graſſarier.

Quorum dependet gratiâ,
Quod pax ſit charæ Patriæ:
Quod jus & Æquum floreat.
Et bene ſit Reipublicæ.
Quod tuta ſit Religio,
Non Iudæi Blaſphemiis,
Non Idolorum cultibus,
Non Arriorum fraudibus,
Contaminata turpibus.
De quibus ſalvum dicere,
Quod *Soli patres patriæ*;
Quorum carentem Dexterâ,
Iam dudum Rapax Aquila,
Aut vis Iberi ſaucia;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Aut inteſtina vulnera.
Vaſtâſſent noſtram Friſiam.

Faxit *Deus* ter maximus!
Ut hoc *Patrum Collegium*
Infeſtet nunquam pallidus
Aut Livor, aut Ambitio,
Privato gaudens commodo.
Hinc procul Enſes Hoſtium,
Sævæ Morborum rabies,
Diræ Mortis pericula,
Doloſi caſſes Satanæ,
Cum ſuis damnis exulent;
Pax alta, quies, Otium,
Cum pleno cornu copiæ,
Ornent *Tribunal Friſiæ.*

Ad Cajum Julium.

SI Cœlum in terris cupias habitare beatum,
  Confer ad *Auratam* Te citò *Metropolin.*
Et ſi non primo reſeretur Ianua pulſu;
  Terque quaterque feri; mox tibi porta patet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

AUTORI.

QUI *Cromvelliacos decorâſti carmine vultus,*
Friſia quem Vatem ſuſpicit Alma ſuum.
Accipe prælustris molimina prima Baronis,
Et veneranda, Hagio *traduce, dona cape.*
Cujus ùt exſuccos laudâſti, candide, verſus,
Hoc tibi devoto à Pectore pignus habe.

G. HAGIUS.

IDEM EIDEM.

TITIA *dum charo recubat viduata Marito,*
Te placidus demtâ compare lectus habet.
Auguror, ah! miſeri niſi vos reſipiſcitis Ambo,
Diſcedet Viduæ Virginitatis honos.
Nec quamvis novies decieſve rogata redibit.
Cùm ſemel exſtinctæ deperière faces.
Ergo agite & vegeto ſupereſt dum corpore robur,
Succedat viduo gratior aura toro.
Et Tu de multis dignum cape Titia *ſponſum.*
Illuſtret Thalamos ſponſa decora tuos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

RESPONSUM.

QUAMVIS Divini recreet me pagina Verbi;
Davidicæque ſonem plectra diſerta lyræ.
ſto parùm. Et ſtupeo quas, docte Poëta, Camœnas
Titskiades Thalamis conſociare cupis.
oc cape reſponſi : Tua *Titia* lumina Templi
Viſat, & in ſacrâ poſtulet æde Virum:
c, ſi fors tepido reſtent ſub pectore flammæ:
Inveniet gremio qui ferat auxilium.

REPLICA.

QUID *mea*, Neuhuſi *Vatum lepidiſſime, laudas*
Carmina, quæ invitâ Pallade ſcripta vides?
ur docti adſcribis mihi nomina clara Poëtæ,
Carminifex vix dum qui ſatis eſſe queo.
t tamen ùt ſcribis tu Carmina noſtra ſtupebas,
Davidicæ linquens plectra diſerta lyræ.
rediderim audaces te deridere Camænas,
An ſint quæ veſtram ſollicitare Chelyn.
ic eſt, exiguo cantu Philomela movetur,
Ingenti ſylvas perterebrare ſono.
cribo ego verſiculos licet obluctante Minervâ,
Ut tua mox referat, ſed graviora, Chelys.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

DVPLICA.

ERGO iterum in ſacros Vatem vocat *Hagius* Ignes;
Cujus Apollineum frigore torpet ebur?
Sufficiat, quæſo, (nullâ tibi blandior aurâ)
Quod didici noſtras Te docuiſſe lyras.

POETÆ EXTEMPORANEO.

SCRIBIMUS interdum Vates ex tempore verſus,
Sed ſapiunt verſus temporis articulum.
Unica ſi doctas Titi dedit hora Camœnas,
Optarem his totum contribuiſſe diem.
Ne tamen inferior videar, me accedat, & æquo
Iudice, tentabo temporis ingenium.
Ultrò ſi vincar palmam dabo, laurea ferta
Addam, ſi victor ſim, rogo judicium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN OBITUM,

Clariſſimi, Magnifici Viri,

D. PIERII WINSEMII,

Eloquentiæ Profeſſoris & Hiſtoriographi Friſiæ celeberrimi.

EHEU! WINSEMII referunt mala nuncia mortem:
Nuncia PIERIDUM collacrimanda Choro.
Hujus fata viri Muſarum pulpita plorant:
Et Themis in luctu conſpicienda gemit.
Quis nunc Eloquiis Franicas mulcebit Athenas?
Pulſabit doctam quis, velut ille, lyram?
WINSEMIJ occubuit facilis cum funere Vates,
Et gravis Orator conditur in tumulo.
QVàm mirum! ſemper quo vindice Friſia vivet;
Vindictam mortis WINSEMIUS patitur.
Vos, queis Franagrij commiſſa eſt cura Lycéi,
Inſignes quatuor Palladis arte viri;
Hoc agite! ut viduas ſcandat digniſſimus Arces,
Et Par WINSEMIO plectra diſerta ſonet.
Sit procul hinc favor, & procul hinc eat improba Peſtis
Ambitio, laurum Sola Minerva ferat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Eia agite! ut ſtent firma Dei fundamina magni,
Et ſolitis habitet Patria Muſa locis.
Non melius ferro potuiſti exſcindere regnum
Obverſum Chriſto cor *Juliane* fovens;
Otia quàm ſacris indicere ſegnia ludis,
Legibus & patrium diſpoliare forum.
Libertas, ſincera fides, & gloria Chriſti,
Hêic fecit ſacras ædificare domus.
Tolle Scholas, expelle Viros, & ſupprime Leges:
Nos premet antiquo vultur, Iberque jugo.

In HISTORIAS *Ejuſdem.*

HÆc olim, ſcripſique tuo, Vir clare, ſepulchro;
Cum mea ſub falſis Muſa natabat aquis.
Integer à luctu quia nunc elabitur annus,
Neuhuſius læto ſuccinet ore melos.
Plaudite *Pierij* Parnaſſi Numina collis!
Plaudite Caſtalii turba novena fori!
Plaudite! PIERIUS mundani luminis oſor
Hoſpes in Aonidum maluit eſſe Choro;
Atque ibi divino vobiſcum nectare paſci,
Et facilem tecum, Phœbe, ſonare lyram;
Longiùs ac triſtem vitæ ſervare figuram,
Et curis plenos continuare dies.
Felix WINSEMI! qui poſt tua terga relinquis,

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Et rides quæ nos triſtia fata premunt.
'elix WINSEMI! cui nunc meliore theatro
QVàm Friſiæ roſtris ſcribitur Hiſtoria.
cilicet hoc noſtro vix tutum eſt ſcribere sêclo!
Difficile eſt omni poſſe placere viro.
lle novus, plebi ſua qui natalia debet,
Vult ſibi priſca dari nomina Nobilium.
i Proavùm narras quæ ſors, quæ vita manebat,
Non moritura tuas obſidet ira fores.
ſte malis quærit conſcendere culmen honoris
Artibus, Ambitio ſola cui pretium.
n laudes te accinge viri, ſit dignior, ex quo
Et patrum & patriæ pendeat una ſalus.
llum ſi contra calami diſtrinxeris arma,
En! ſuprema leves ſors jacet ante pedes.
'riſonis referes quæ prima potentia *Regis*?
Quaſque ſibi tenuit *Stauria* divitias?
'el faciles ſcribes *Radbodi* ad Tartara greſſus?
Inveniet nuſquam pagina ſcripta fidem.
i Satyris, tecto ſub nomine, crimina culpes,
Te vocat in crimen conſcius ipſe ſibi.
ıdde, quod obſequium dubios tibi reddat amicos;
Scribere vera, nocet: ſcribere falſa, nefas.
'elix WINSEMI terrarum exempte perîclis!
Felix præteritis cui vacat urna malis!
'allor? an in veſtros recidit labor iſte lacertos
Kolde, *Leoninæ* cui data cura *Scholæ*?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

I! ſequere ingenio rutilantem lampada Phœbi:
  WINSEMIUS, famâ non moriente, præit.
Invida WINSEMIO noſtro quod fata negârunt,
  Abſolvat penſum *Koldius* Hiſtoriæ:
Hiſtoriis comprende, potens quì Roma ruinam
  Sentiat, & Meretrix de Babylone cadat.
QVì Gens Chriſtiadùm juſtis ſatiata Triumphis,
  Sub pace in toto prædicet orbe Deum.
Hæc ſunt vota tui quondam divina Parentis,
  Quæ toties templis ſunt memorata ſacris;
Illa eadem à noſtro prædicta & ſcripta Parente,
  Cujus in æternum non morietur opus.
Sic tibi *Kolde*, novos una gratamur honores:
  Et flemus magni funera WINSEMII.

In EFFIGIEM *Ejuſdem.*

POſteritas venerare Virum qui hoc pingitur ære:
  Ingenium & virtus hoc meruere Viri.
Pingitur hic Doctus, Facilis, Gravis, atque Diſertus
  Orator, vates, doctor & Hiſtoricus.
Quælibet ars toto vix uni addiſcitur ævo:
  WINSEMIUS quatuor prævalet ingeniis.
Os, oculi, facies, ſenſus, Miracula ponunt;
  Fama per Hiſtorias non moritura viget.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Nob. Spectatiſſ. Viro,

D. FRIDERICO ab INTHIEMA,

Conſ. Worcumenſ. &c.

In mortem FILIOLÆ.

INTHIEMA, quid quereris felicia funera *Natæ*?
Cui Cœlum & requiem reddidit Omnipotens.
Vivimus in triſti Nos omnes Fabula mundo:
Vivimus heu! miſerá conditione Homines.
Sive ſuos radios ſpargat, ſeu lumina mergat
Phoſphorus, in lacrymis Noxque Dieſque natat.
Nunc Bellona ferit portas: nunc anxia pacis
Fœdera cum dubio pangimus imperio.
Quis ſcit an hæc inſtans, veniens vel proxima meſſis
Nos ſinat ad patrios poſſe ſedere focos.
Quod Patribus, quod Avis, Proavis quod contigit olim,
Fòrs etiam Nobis imminet Exilium.
Adde, quod Ira Dei Peſtiſque accedat ab Auſtro;
Plurima quæ noſtrûm Robora falce metet.
Ergò felices animas vereque beatas!
Cantica quêis cœlo læta ciere licet.
Illic exultat tua Filia chara, ſororem,
Huc Patrem, huc Matrem, convocat atque Amitas.

Stre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Strena Lugubris,

In Obitum Nobiliſſimi, Doctiſſimi, Strenuiſſimi Militis, Vice Capitanei.

D. RICHÆI à RINIA.

Ad Nob. Dom.

FREDERICUM ab INTHIEMA.

ERgò iterum in triſtes me Mors vocat atra dolores?
 Et jubet infauſtæ plectra ſonare lyræ?
Mens erat his *Jani*, quæ nunc rediêre, *Kalendis*
 Ad tua dulciloquum limina ferre melos
INTHIEMA: ſive Tibi ſummos grattarer honores,
 Seu canerem lætæ proſpera fata domus.
Mens erat ad caſtum ſacra baſia mittere lectum,
 Baſia quêis lectis fortior eſſe velis.
Mens erat Aſcanio prædicere liminis auram;
 Et ventura tuo Maſcula dona toro.
Sed ſors ſcæva jubet lacrymis fœdare *Kalendas*,
 Nec *ſtrenam* admittit Præfica lætitiæ.
RINIA quem Proavûm virtus, quem Nobile ſtemma
 Antiquis fecit vivere in Hiſtoriis;
QVem Doctrina, Fides, Pietas, & Gratia Morum,
 Non tulit à Pátrum degenerare Toro;
Ante annos juveneſque dies immergitur umbris.
 Et Pylii ætatem vivere dignus obit.

Sic,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Sic, quæ manè vigent, ſub veſpere Livida languent,
 Et niveum amittunt, quod fuit ante, decus.
Sic tenues fumus ſubito evaneſcit in auras;
 Atque oculis linquit, præter inane, nihil.
Qui Dux miles eras, animo generoſus & armis,
 RINIA, non poteras pellere tela necis?
Non poteras contra Fatorum exire Phalanges,
 Et Victor cani tempora ferre ſenis?
Scilicet, in mortem fruſtra nos ſtringimus enſem!
 Nec poterit fortem hunc Mars ſuperare Ducem.
Et quia ſic viſum eſt ſuperis, precor, INTHIEMA triſtes,
 Mitte procul queſtus, pone modum lacrymis.
Et fluvium à charæ detergas *Conjugis* ore,
 Ne *Soror* ad *Fratris* deficiat tumulum.
Quod ſupereſt; Novus hic felicior exeat annus!
 Et Nos, Teque; Tuos, Worcumiumque bëet.

Ad Nob. Ampliſſ. Dominum,
FRIDERICUM ab INTHIEMA,
Conſulem Worcumanum, Friſiæ Militiæ Cenſorem, Poëtam eximium.

Cum ſequentes mihi Verſus remitteret.

M*Agne Vir* ingenii tua ditia dona remittis,
 Et facis ut ſupplex ſit mea Muſa Tuæ.
Ne tamen in tenebris lateas me *doctior Heros*:
 Nobiſcum hæc luci Carmina veſtra ſacro.

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN FUNUS

FILIOLI

REINOLDI *ab* INTHIEMA.

MASCULA *progenies verno quæ tempore nata,*
Et vernans verno lumine Phœbus adeſt.
Hinc patri matrique ſimul duo pignora lecti
Proveniunt : Domino ſic moderante Deo.
Nomen avi referens, maternis ludit in ulnis,
Et nihil à Tumulo quod vereatur habet :
Filiolus REINOLDUS *agit primordia vitæ*
Fauſta, dies totos Ubera lambit ovans.
Poſteritas ſervata mihi, ſervata propinquis,
Ex nato puero ſpes erat ampla meo :
Spes inquam, ſpes ſola meo medicina dolôri,
Occidit ante diem quæ generata fuit!
Scilicet innumeros fruſtra ſperamus in annos,
Quàm ſubito caſu quæ valuere ruunt!
Vidimus infantis morbum mortemque dolentis,
Vidimus heu gemitus, triſtia fata loqui!
,, *Quur* Deus *in teneros jaculatur morte puellos,*
,, *Sævit in innocuos quur truce morte choros?*
,, *An quia peccati primus fuit auctor* Adamus?
,, *Sic reor; hinc lacrymas, damna nefanda dedit.*

,, *Sic*

Sic placuit pepigiſſe Deo , *Crux prima parentem* ,
,, *Et ſobolem ſimili conditione ligat* .
em ſcio : nunc taceo , fiat tua ſancta voluntas ,
Redditur , auctori redditur ille ſuo .
s cineres animare pios , tu reddere vitam ,
Secula tu ſoboli reddere rapta potes.
dimus hanc ſobolem , te ſolùm dante , Creator :
Reddimus hanc iterum , te repetente , Tibi.
on lacrymor: majora malis quia gaudia reſtant ;
Elidunt gemitus ſpeſque fideſque meos.
on lacrymor : quia veſtra ſequar veſtigia gnati,
Me quoque ſors poſcit : quæ modò veſtra fuit.
IESU ! *miſerere mei , miſerere Parentis* ,
Mors tua , mors cygni vita futura mea eſt.
eſpice peccantem , tu ſordes ablue carnis ,
Nec pigeat ſorti condoluiſſe meæ.
piritus hei ! quando moribundos liquerit artus ,
O pater , ô animam ſuſcipe quæſo meam:
e meæ lacrymæ , triſteſque recedite Curæ ,
Ad ſtygias Satanas truditur hoſtis aquas .
tigmata me Chriſti , me vulnera tanta beârunt ,
Ut poſt hanc vitam vita beata fluat,

F. ab INTHIEMA.

Ca-

Caſtiſſimæ, Selectiſſimæ Virgini,

MARTHÆ à KINNEMA,

Cum nuberet

Ampliſſimo Domino Quæſtori,

DANIELI BLOC à SCHELTINGA.

KINNEMA, Friſiacas MARTHA inter Prima Puellas,
Iam grave depones Virginitatis onus?
Et Tecum SCHELTINGA tori ſociabit amores,
Plena cupidineo gaudia fonte bibens?
Mirabar te MARTHA Procis reſponſa negare,
Et de Conjugio tollere nolle preces.
Mirabar te velle pati, quàm nubere, mortem,
Aut pia veſtali reddere vota loco.
Tam fuit in juvenes tua mens contraria blandos;
In Thalamos qui Te concupiere ſuos.
Ipſus non potuit tua ferrea corda *Cupido*
Flectere, prompta licet tela *Cupido* ferat.
Non ſermone gravis, non arte inſignis *Ulyſſes.*

In

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In ſua Te potuit tecta vocare Deam.
Sylveſtres voluere Dii ſacra fœdera tecum
Pangere, Sylveſtres diſplicuere Dii.
Dic mihi, cur verſa eſt tua jam ſententia mentis,
Hactenus ingenuis aſpera MARTHA procis?
Cur jam nil præter Thalamum, nil pectore verſas,
QVàm quâ Te deceat fronte placere Viro?
Cur jam virgineas damnas ad Tartara curas,
Atque ſinis Veſtæ lumina ſancta mori?
Fallor, an hæc reddis ſtulto reſponſa Poëtæ?
Hæc Tibi diſpliceant, quæ mihi prima placent.

Ad Ampliſſ. Spectatiſſimum Dom.
VENTIDIUM RICCE,
Prætorem Purmendarum, &c.

PRANDIA quæ mecum voluiſti ſumere *Ricce*,
Differo, non ſinit has *Amſtela Nympha* moras.
Te Venus in Friſiâ dudum exſpectavit, Amores
Si non faſtidis, perge, veni, propera!

Ad

Ad ingratum
PATRIÆ.

DIc mihi num poſſis fato meliore *Perille*
Vivere, quàm Patriâ, charus, in urbe, tuis?
Hìc alios inter primi tibi dantur honores,
Fortè alibi numeri poſterioris eris.
Te decet accepti quondam meminiſſe favoris,
Friſia cùm ſtudiis ſola levamen erat.
Non potis es juſtâ tua debita ſolvere lege,
Ni Patriæ dedas Teque Tuoſque tuæ.
Adde quod exiguum non ſit diſcrimen in Aulâ.
Aula Petrum, plures perdidit Aula pios.
Ergò age Friſiados non averſeris amores
Si ſapis, & porrò paſce Leonis Oves.

IN ALIVM.

CONCIO non placuit *Batavis* audita *Perilli.*
Cur? quia Iudicibus ſomnus abeſſe nequit.
Ergò Fucato fruſtra ſermone ſuperbit.
Gratior ex purâ ſimplicitate lepos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad dignum Juris Profeſſorem in Acad. Franeq.

D. GULIELMUM CUPIUM.

MEns erat hæc Tecum, Cupi doctiſſime, luce
In dubiâ nodum ſolvere lite novâ.
Et Tibi non litis, ſed tota'eſt Cura Puellæ,
Cûi ſine lite vacas, quam ſine lite colis.
Dumque aliis quæris prædam tibi ducere ab oris;
Ipſe tuæ vidi quæ ſit *Amica* domi.
Non minus Illa procis, doctoque eſt digna Marito,
Quàm Cupii Thalamis, Tu *Catharina*, tui.

IN CONCIONEM *Eminentiſſimi Theologi*, HENRICI DAVENTRÆI, *Paſtoris Bolſvardienſis*.

GEns ſacra Chriſtiadûm non nudo in nomine Chriſti
Gaudet, at in ſacris quæ Tibi Chriſte, placent.
Impia Gens, averſa polo, ſorte altior omni
Negligit in ſummâ proſperitate Deum.
Hoc hodiè didiciſſe juvat Te, Henrice, Magiſtro.
O utinam tecum ſæpius eſſe quiam!

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Amicum qui conjugium ſuadebat.

VIs lecti ſociâ, vis dulci Conjugis ore,
Tollere de Vatum pectore triſtitiam?
Quid niſi triſtitia eſt Conjux? ſecum illa dolores,
Et portat lacrymas, & ſine fine malum.
Nulla Venus noſtros tollet, minuetque labores,
Unus *Ionſtonus* carmine fata levat.

Memento Mori.

IMMOTO pede fata ruunt, ſpectatque ſepulchrum
Noxque dieſque. Mori quælibet hora docet.
Vitaque mors tota eſt. Mortem cunabula volvunt.
Mortis ad imperium cura ſenilis agit.
Quod mare; quod tellus, quod continet igneus æther,
Eſt Mortis. Mors eſt terra, fretum atque polus.
QVicquid edis, quæcunque bibis, quo corpora veſtis,
QVæque vides, tangis, nil niſi mortis habent.
Naſcendo morimur, morimur vivendo, ſepulchri
Eſt Torus, eſt mortis ſomnus imago tuæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad duo lumina,
Alcmarianæ Eccleſiæ PASTORES.

V*Inckius* & *Kyvit* volucrum ſuaviſſima Proles,
Seù placeant cantu, ſivè ſapore ſuo.
Vinckius & *Kyvit* primaria Lumina templi,
Seù doceant Chriſti dogmata, ſivè probent.

Ad Inſignem ſolideque Doctum in Friſia Poëtam,
SIMONEM à GABBEMA:

GABBEMA quem, antè alios, tollit divina *Poëſis*,
Qui mea Caſtalidum Nectare labra rigas;
Cur juvat ingenio noſtras extollere Muſas?
Quæ niſi ſunt docti Carminis umbra tui?

Curioſo & acuto Juveni Viro,
HERONI à GALAMA.
TYPOGRAPHO.

GALAMA Nobilius Te ſignat nomen Avorum,
Qui Laurum in Friſio demeruêre ſolo.
Sed Tu Nobilior Titulis & imagine ſtultâ,
Qui Titulos donas, non moriture, *Typo*.

In Poëmata Extemporanea,

D. HENRICI NEUHUSII.

IMMORTALE decus dedit ignorantia nulli,
Nec patitur vitæ brevitas, ut quodlibet artis
Doctrinæque genus mortalia pectora diſcant.
Non quævis noviſſe datum eſt, omneſque Camænæ
Non unâ ſub fronte latent, ſed munia mentis
Diſtribuit variis variè lex ſumma Tonantis.
Diverſos diverſa juvant, his callida pandit
Secretos Natura ſinus, hic ſidera volvit,
Æthereos alius vultus miratur & ignes.
Ille per Annales, æternaque myſtica cœli
Profundâ ratione meat, Themidosve receſſus,
Ingreditur vel templa Cöi, rigidoſque *Catones*,
Socraticaſve evolvit opes, hîc cerne *Poëtam*
Poſteritas, cujus docto ſub pectore Muſæ
Invenere viam, quem poſtquam proluit undis
Caſtaliis Thalia canens, ſibi fovit alumnum
Pallas, & à teneris aluerunt lacte Camœnæ,
Depoſuere ſacro Parnaſſi in vertice montis.
Nunc ubi Cæſareo vates decoratus honore

The-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

'heſpiadum procurat opus, Muſiſque miniſtrans,
'unc velut *Heraclitus* pereuntia ſæcula deflet,
'unc ut *Democritus* ridet proſcenia mundi.
am canit *Heroum* titulos, jam bella *Quiritum*,
'ictriceſque *Aquilas*, noſtrique exordia *BelgI.*
'aſſovioſque duces, patriæ nunc ſcribit honores,
'unc *Comitum*, Procerumque togas, nunc carmine luget
'uriacos cineres, *Friſiis* ſurreptaque bello
'omina *Naſſaviûm*: nunc Martia Cypridis arma
't thalamos Corinna tuos, luſuſque Neæræ
nſequitur, Ledæ nudataque pectora Iovi.
'rgo age Melpomene, formetur adorea vati
'EUHUSIO condigna tuo, Zöilique maligni
'ræcipites remove ſcopulos, tutumque minaci
'indica ab invidiâ, nam vix labor ullus amatur,
'ed Muſas ſors cæca premit, præclara *Poëſis*
'ub pedibus contempta jacet, ſpernuntur & artis
'ngeniique vices, veteriſque inſignia gentis.
Hujus cauſa mali ſunt ignorantia mundi,
Invida tempeſtas, corruptaque ſæcula luxu.

H. de BLAU,

Advocatus & Penſionarius Leovard.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

EPITAPHIUM,

IN OBITUM

Doctiſſim. Ampliſſ. & Clariſſ. Domini,

DOMINICI ACRONII à BUMA;

Eloquentiæ & Hiſtoriarum, in Almà Franeq. Academiâ, Profeſſoris digniſſimi.

BUCCINA Linguarum; Muſarum Fama, Sororum
Gloria prima novem, Pieridumque Decus;
ACRONIUS Secum *Franicis* detraxit *Athenis*,
Æternos meruit quod ſupereſſe dies.
Hei mihi! Quis tanto ſuccedet *Vir* CORYPHÆO?
Quis, velut *Ille*, feret, celſa per aſtra, caput?
Eloquium ſordet; Doctrina immergitur umbris;
Et Pietas, Tecum, Magne PROFESSOR, obit
Scilicet, ùt Forti generatur Fortior Heros;
Non Aquilam Patrem parva Columba refert:
Sic quondàm PATER ACRONIUS, Lux clara Lycéi
Franagrii, *Franicis* Lumina magna dedit,
In Te, Magne Virûm, NATO. Non Fama PARENTIS,
Non unquàm NATI, Fata ſubibit Honos.

In Pecus ingratum.

QUEM mea *Clavigerum* ſaturarunt fercula menſæ,
Proque Deo gratis cui data *Virga* Scholæ;
Ille etiam (centum vitam producat in annos)
Muneris accepti non meminiſſe queat?
Et, quid, ſi Famam Nati lædatque Nepotis?
Non *Fure* hoc major Beſtia *Porcus* erit.

AD DYNASTAM.

PLUMATAS Tibi mittit aves *Neuhuſius.* Ille,
Qui Plumis poſthâc non moriturus erit.
Quique ſuos Plumis quærit nudare lacertos,
Hunc faciet Plumis vivere ſera dies.
Sed, cum Pluma levat ſuperas mea fata per Arces,
Illum pondus iners ad vada cæca prement.
Interea cole juſtitiam permagne Dynaſta,
Si mea Pluma tuum nomen in aſtra feret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

In Clariſs. per terrarum orbem

HISTORIOGRAPHIUM.

NON TACITI tantùm Hiſtoriis tu *Roma* ſuperbis,
Et Tanto extollis Teſte, per aſtra, caput.
Scilicet Utopiæ *Tacitus* ſurrexit in Aulis,
De cujus dubium non erit *Hiſtoriis*.

IN PORTICVM.

FIXA Domus, tunicare quies, Robuſta Senectus,
Hæ vitæ dotes proſperioris erunt.

I I.

OMNIA ſunt mortis, domus, atria, tecta, columnæ,
Ipſe homo: ſed ſolo vivitur ingenio.

I I I.

NON ſolùm natale ſolum te movit *Ulyſſes*,
Et nobis patrii dulcis arena foci.

Cum

I V.

CUM te fata jubent fragili diſcedere mundo,
In cœlo dabitur pulchrius hoſpitium.

V.

FELIX defoſſo qui non piger incubat auro,
At ſibi commiſſas curat & auget opes.

V I.

MACTE Sionæi cultor fidiſſime, fundi,
Præmia digna fide, digna labore feres.

V I I.

CONCIDIT ad Chriſti vocem tumidi æquoris æſtus,
Sors præſente Deo nulla nocere poteſt.

V I I I.

OCCIDIT objectâ ſerpens Babylonicus offâ
Thaidos hoc fatum Cœlipotentis erit.

I X.

QUID gemis & fatum mœres Iacobe ſiniſtrum?
Suſpice quas doceat Scala ſubire Domos.

X.

FLUCTIBUS obruitur Pharao, rapiturque profundo
Sic perit irato vis ſcelerata Deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Portam Nobilioris Fœminæ
PICTAVII GALLORUM.

HOc *Venus* Hoſpitio proſtat *Formoſior* omni;
Vinaque promuntur de leviore nota.
Sive *Iocis* cupias, ſeù Te ſatiare *Falerno*,
In totâ non eſt *Tutior* Urbe Domus.

Ad Portam Duplicis THEODORI, Hoſpitis Leovard.

HOſpes ad ingreſſum quemvis voco, ſi modo Caſtus,
Et nulli Infeſtus, cum Ratione, bibat.

AD VENDELINAM.

VENDELLINA places Cantu, Sèrmone, Iociſque,
VENDELLINA places non mihi tota, vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Portam Paternarum Ædium.

NOSCE Deum, Dominos, Ipſum Te, noſce Minores,
Sic Tibì, ſic Mundo, ſic benè vive Deo.

In Introitum.

Qui premis hæc pedibus Saxa, memento mori.

Inſcriptio Portæ Clariſſimi per Terrarum orbem Præſidis in Synodo Dordracenâ, JOANNIS BOGERMANNI.

PERFER, fide Deo, precibus contende, labora.
Proſilit his quatuor fontibus alma ſalus.

IN VITRUM DONATUM à D. THEOTARDO ab HELOMA, *Iam Prætori Sylveſtri.*

SCILICET ut celeri fugit hora dieſque meatu,
Sic ſubito properat mors inopina gradu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

A Dom. JOANNE SCHIERHUYS I. V. D. Nunc Secretario.

UT, quæ manè viget, ſero Roſa veſpere languet
Sic humana perit gloria, vita, Dies.

à D. RICHÆO NYENHUYS Mercatori p. m. probo ac docto.

QUID gens ſancta tremis mundi infernique furores
Hic perfer, requiem cælica regna dabunt.

IN VITRUM DONATUM, A Conſule GUALTHERI.

SÆPIÙS externi majus ſolamen amici,
Quam germana valet, ſanguine juncta, fides.

A Fratre REINERO.

O quam Chara homini, Res ô quam grata Tonanti!
Si Fratrum concors pectora jungit amor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

A SOCERO

JOANNE HOPTILLA,

Capitaneo.

QUæ ſplendet virtute, domi quæ ſedula pacem
Excolit, illa ſui pulchra corona viri.

A PARENTE

EDONE NEUHUSIO,

P. M.

QUI cupit in terris veniat ſibi longa ſenectus,
Ante oculos Patrem cum Genitrice ferat.

AD CÆSAREM.

W*Orcumium* Spes prima mihi, Spes altera *Virgo.*
Tertia *Libertas.* Spes mihi quarta *Deus.*
Si tres me fallant, fallent me non niſi ſolum.
Sat felix dederit ſi mihi QVarta polum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Medicum & Chyrurgum.

QUAM durum eſt Medici ſeſe ad præcepta ligare
Et mandata ſequi, dire Chyrurge, tua!
Imperat Ille cibi, ſtomacho qui diſplicet, eſum
Ex vini prohibens fonte levare ſitim.
Hic ſecat, urit, arat, corpus pertangit, & angit,
Nec rigidum lacrymæ vota preceſque movent.
Adde quod in longos producant vulnera ſoles,
Et faciant pejus, quam fuit ante, malum.
Hinc agite, à noſtris poſthac diſcedite Muſis,
Promptius auxilium de grege mittet Anus.

AD PHARMACOPÆVM.

SEMPRONI, hæc virtus Pilularum tanta tuarum eſt,
Solus ut adſpectus clauſtrum reſeraverit Alvi;
Ergò age vende aliis purgantia pharmaca, dupli
Sic pretio gaudes pro ſimplice pharmacopœe.

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Ad Sereniſſimum rerum privatarum Secretarium; Dominum Dominantium
O S T E R I A N U M.

QUID te Sceptra juvant atque alta palatia Regum,
Turritæque Domus, & debellare ſuperbos,
Signaque terrarum victricia ferre per orbem;
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem ego ſervorum ſervus, vel carcere vitam
Finire, aut patriis longè de finibus abſens,
Triſtia de Ponto tranſcribere Carmina Romam,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Quid Te Papa Petri (ſi verum eſt) ſede ſedere,
Quidve juvat cœlum nunc claudere, mox reſerare,
Et purgare animas, ſanctoſque in vota vocare,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem ego, Papa, tuis nunquam dare Baſia lymbis,
Et Cromvelliacis inſcribere nomina ſignis,
Inque tuum jurare Caput, triplicemque Coronam,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Nobilitas quid multa juvat, quid ſtemmate claro
Fumoſos numerare Patres, Proavos, Atavoſque,
Et jactare genus Regum alto à ſanguine ductum,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Mallem Tonſores Proavos Lippoſque referre,
Aut ex Lictorum me dicere ſanguine natum,
Vel certum non poſſe mihi monſtrare Parentem,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

QVid juvat inter opes, ditiſque æraria Crœſi,
Paſcere mille boves, & aratro vertere mille
Iugera, & innumeris concredere ſemina terris,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem nudus, inops, pauper, miſer, exul, egenus,
Pellem inter tunicamque omnem concludere ſortem,
Et petere ante fores, magnatumque oſtia panem,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Quid juvat in cives leges & jura QViritum
Dicere, & imperio timidos frænare clientes,
Et vitam alterius, vel mortem expendere ferro,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem aliis deferre togas, ſtrictaſque ſecures,
Et procul eſſe foro, vitamque in rure beatam
Ducere, & in villâ tecum, Melibæe, jacere,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Quid juvat ingenio volitare per ardua Cœli,
Et maris undoſi fundum pertingere, doctos
Dicere ſermones, & acutos ſcribere verſus,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem ego me nunquam didiciſſe fideliter artes,

Et

Et ſylvas habitaſſe feras, ubi nulla Minervæ
Otia, vel Muſis altaria condita ſacris,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Quid juvat inſomnes epulis traducere noctes,
Et Cyathos inter Rheni Ligeriſque liquores
Aut pulcram Venerem, aut dubium tractare fritillum;
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Mallem ego cum Curio rapis & ſtramine veſci,
Et nigro ſtomachum ſaturare ſiligine, mallem
Non tractaſſe jocos, aut agnoviſſe puellam,
Si modò non claudas Poſteriane fores.

Quid juvat ex pulſu vel ſanguine noſſe latentes,
Et curare aliis morbos, Quid Hipocratis artes?
Quid Galene tuæ? Bone Vir! nihil omnia proſunt,
Si neget in promptu Poſterianus opem?

Hinc ipſi Reges tibi pulvinaria quærunt,
Et ponunt ſedem, *Poſteriane*, Tibi.
Hinc Regina tori luſu ſatiata, patente
Te facit in Gremio poſſe quiete frui.

Has ego cum cecini Tibi, *Poſteriane*, Camænas,
Abſtuleras pene lumen utrumque mihi,
Nunc ubi Portam aperis, mihi binaque lumina reddis,
Hoc etiam à noſtro lumine lumen habe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

IN TUMULUM.

SI me Fata ſinunt patriis requieſcere terris,
Hâc ego NEUHUSIUS contumelabor humo.
QVæque tori Conſors mecum benè vivit, eidem
Margaris imponet corpus & oſſa loco.
Adventumque tuum *Chriſte* exſpectabimus unà:
QVo voto, quâ ſpe vivimus & morimur.

Mors omnia ſolvit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

T. V. Huisen
M.C.
Possidet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
376 J 2